

ECCLESIAE OCCIDENTALIS
MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

LONDINI ET NOVI EBORACI



APVD HENRICVM FROWDE, A.M.

ECCLESIAE OCCIDENTALIS MONVMENTA IVRIS ANTIQVISSIMA

CANONVM ET CONCILIORVM GRAECORVM INTERPRETATIONES LATINAE

POST CHRISTOPHORVM IVSTEL
PASCHASIVM QVESNEL
PETRVM ET HIERONYMVM BALLERINI
IOANNEM DOMINICVM MANSI
FRANCISCVM ANTONIVM GONZALEZ
FRIDERICVM MAASSEN

EDIDIT

CVTHBERTVS HAMILTON TURNER, A.M.

COLLEGII B. MARIAE MAGDALENAE APVD OXONIENSES SOCIVS
VTRIVSQVE COLLEGII B. MARIAE VIRGINIS WINTONIAE OLIM SCHOLARIS

TOMVS II

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MCMVII

OXONII

Excudebat HORATIUS HART, *A.M.*

Typographus academicus

PRINTED IN ENGLAND.

CANONES ET CONCILIA GRAECA
AB ANTIQVIS INTERPRETIBVS LATINE REDDITA

TOMI SECVNDI

PARS PRIOR

CONCILIA
ANCYRITANVM ET NEOCAESARIENSE

I

SECVNDVM INTERPRETATIONEM GALLICAM

CVM EPITOME EIVS HISPANA

II

ITEM SECVNDVM INTERPRETATIONEM PRISCAM

III IV V VI

ITEM SECVNDVM INTERPRETATIONES

ISIDORI ANTIQVAM CVM EPITOME FVLGENTI FERRANDI

ISIDORI VVLGATAM CVM EPITOME EIVS HISPANA

DIONYSII EXIGVI PRIOREM

EIVSDEM ALTERAM

PRAEFATIO

I. Elenchus rerum quae in hac parte continentur.

II. De nouis codicum subsidiis.

1. Praeter codices quos in praefatiunculis parti i (p xi) et parti ii (p v) tomi I praemissis iam enumeraueram, in hac parte nonnisi tres adhibui: quorum ut aetate, ita copia et pretio eorum quae in eo continentur, agmen ducit Remensis (unde nobis R), cuius sedes per uices continuas saeculis recentioribus mutabatur: a Iacobo enim Sirmond, ut uidetur, Parisios abductum et in Collegium Claromontanum Iesuitarum adrogatum, inde una cum ceteris codicibus Claromontanis primum Gerardus Meerman Batauus, deinceps Thomas Phillipps Anglus, postremo respublica Borussorum sibi adquisiuit. codicem ipse non uidi, quippe qui iter longinquum Berolinense suscipere non ualuerim (non enim *cuiuis homini contingit adire Corinthum*) neque ut in Angliam per spatium temporis exiguum commodaretur impetrari potuit. utinam adhuc apud nos constitutum contulissem! gratias itaque amplissimas et ago et habeo Magdalenensibus meis, qui Berolini degentes uel unam uel alteram codicis particulam mei causa inspexerunt, Reginaldo L. Poole, Arturo E. Cowley, Friderico G. Kenyon, Ioanni K. Fotheringham, Willelmo A. Pickard-Cambridge; necnon Alexandro Souter Cantabrigiensi, quem domicilii iure etiam nostrum possumus appellare. codex notam prae se fert Berol. Phillipps lat. 84: saeculo exaratus est octauo: mutilus hodie, incipit a canone Ancyritano V infra p 66: scriptura Merovingica est et (ut ex exemplaribus phototypicis colligere licet) lectu perdifficilis.

2. Iudicio fretus Friderici Maassen (*Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande* p 717), referentis codici bibliothecae capitularis Nouariensis lxxxiv inesse canonum Neocaesariensium interpretationem Isidori antiquam, tandem mense Maio anno salutis MCMII iter Nouariam feci. sed codice prolato manifestum erat interpretationem Isidori non antiquam esse sed uulgatam. ne tamen ab incepto desisterem, prohibebant et aetas foliorum, ad octauum enim potius quam ad nonum saeculum pertinere uidebantur, et optimae notae textus. laetus igitur contuli et in apparatum meum sub siglo *nov* redegi, per incuriam autem catalogo codicum (infra p 33 col *b*) iam antea confecto adscribere oblitus sum: uide igitur p 116 col *a* et inter errata p xii:

3. Breuiatio canonum a Fulgentio Ferrando diacono Carthaginensi ante medium sexti saeculi coagmentata non est eiusdem cum ceteris iuris canonici corporibus momenti, quippe quae, ut ipse titulus satis indicat, canones e iam

exstantibus syllogis Latinis collegerit potius et adbreuiauerit quam ex graeco de nouo transtulerit. neque tamen nostra non magnopere interest scire quanam canonum interpretatione usa sit sexto saeculo Carthaginensis illa ecclesia, quae mox ita funditus euersa est ut codices originis Africanae uix ulli ad nos peruenerint. intellexerunt iam pridem fratres Ballerini Ferrandum ex interpretatione quae dicitur Isidori pleraque hausisse: nobis autem, quibus Isidori recensionem et meliorem et antiquiorem patefecit Fridericus Maassen, facile est uidere (et mirum quomodo ipsum Maassen latuerit) Ferrando non uulgatam Isidori sed antiquiorem illam praesto fuisse recensionem. quae quamuis uulgatam et antiquitate et ueritate antecedat, numero codicum minore stabilitur: unde libentius nouum testem Ferrandum adduxi, et ad imam paginam textui Isidori supponendum curaui. tribus codicibus, quod sciam, adseruatur Ferrandi sylloge: Corbeiensem sexti saeculi ipse Parisiis contuli; Vercellensem, nono uindicatum saeculo, uidere adhuc non contigit: eiusdem aetatis Montispessulanum in proposito erat examinare, sed iter facientem impediebat fortuna. ne tamen nonnisi uno codice fulciretur editio nostra, per litteras adii Maximilianum Bonnet, in Vniuersitate Montispessulana professorem, uirum quidem mihi ignotum, fama tum mihi tum omnibus Christianae antiquitatis studiosis notissimum. multa de eius bonitate audiueram: nec minora expertus sum, qui totum Ferrandum manu eius de codice exscriptum acciperem.

III. De origine et patria codicum J et V.

Liceat mihi hic noua quaedam de duobus codicibus quasi per prooemium disserere, alibi ut spero fusius euoluenda.

1. Codex noster J (Bodleianus e Mus. 100–102), circa annum 600 post Christum natum scriptus, ad celeberrimam coenobii Floriacensis ad Ligerim bibliothecam nono saeculo pertinuit, teste qui eo tempore titulum ad finem et initium quaternionum (ita ut in ultima cuiusque quaternionis pagina incohatus in primam noui quaternionis producatur) inscribebat HIC EST LIBER SANCTI BENEDICTI ABBATI DE FLORIACO MONASTERII. quod coenobium cum anno demum 667 a Bathilda Chlodouechi II uxore fundaretur, patet codicem nostrum, ut ipso coenobio antiquiorem, aliunde originem traxisse: neque dubito (scripturae genere, ut puto, non dissuadente) quin ex Italia ad nouam ornandam bibliothecam cum aliis pluribus exquisitus sit.

2. Codex noster V (Veronensis lix [57]) neque octauo saeculo, ut iudicauit Augustus Reifferscheid, uir tali muneri impar, neque septimo, ut melius Friderico Maassen placuit, referendus est, sed posterioribus sexti saeculi annis. in eximia codicum antiquorum copia, Veronensis ecclesiae decore et ornamento, hinc illinc coaceruanda optime meritus est saeculo octauo Pacificus archidiaconus: sed de ortu et domicilio eorum prisco parum constat. quattuor tamen codicum corpus, eiusdem aetatis, eiusdem fere argumenti, eiusdem plerumque scripturae, uideor mihi non absurde uel ipsi Veronae uel finitimis saltem regionibus adiudicare; scilicet (*a*) acta concilii Chalcedonensis secundum Rustici interpretationem circa

annum 550 euulgatam (Vaticanum 1322, olim Veronensem) ; (*b*) Facundi Hermianensis librum *pro defensione trium capitulorum* Rustici operi coaeuum (Veronensem liii [51]) ; (*c*) acta cum epistulis de Acacio Constantinopolitano definitionis Chalcedonensis oppugnatore conscripta (neque ab re uidetur esse in priore huius codicis parte librum pontificalem exstare, ubi nomen Symmachi papae ob delicta improbatur, Laurenti aemuli eius prae uirtutibus extollitur) (Veronensem xxii [20]) ; (*d*) codicem nostrum, mutilum illum quidem et ad initium et ad finem, cui insunt multa ad orthodoxae doctrinae praesidium siue e conciliis siue ex epistulis pontificum congesta. prouinciae Aquileiensis ecclesias inde a medio saeculi sexti pro fide et fama concilii Chalcedonensis acerrime Iustiniani imperatoris edictis et Vigilii papae constituto aduersari nemo est qui non nouerit. Veronensem ecclesiam cum Aquileiensi in acie stetisse testantur indices episcoporum qui conciliis Istriensibus interfuerunt, quippe anno 579 concilio Gradensi Solatius Veronensis (Labbe-Coleti vi 654 Mansi ix 926 : sunt tamen qui hoc concilium spurium esse iudicauerint), anno 589 concilio Maranensi Iunior Veronensis (Labbe-Coleti vi 732 Mansi ix 1020) ; anno 591 epistulae ad Mauricium imperatorem datae idem Iunior subscripsit (Labbe-Coleti vi 1328 Mansi x 466). credo itaque hos codices saeuiente certamine, iubentibus iis qui et ipsi in negotio implicabantur, descriptos esse et in scriniis ecclesiae Veronensis collocatos.

IV. De forma 'Ancyritanus.'

Quomodo constitui debeat in lingua latina nomen adiectiuum a ciuitate 'Ancyra' deriuatum, haud satis elucet : inueniuntur enim apud interpretes conciliorum et 'Ancyranus' (Anciranus Anquiranus) et 'Ancyrensis' (Anquirensis) et 'Ancyritanus' (Anciritanus Anquiritanus), neque testimonia aliunde petita ita inter se consentanea sunt ut rem expediant. quae ergo collegerim non displicebit breuiter exponere.

Tacet omnino de concilio Ancyrae habito interpretatio canonum Gallica : quae enim siue ad illud concilium siue ad Neocaesariense et Gangrense pertinent, ea omnia sub nomine concilii Nicaeni laudat, uide pp 3–15 infra.

Formam alibi inauditam 'Ancyrensis' praebet interpretatio Prisca : uide p 18 TITVLI (CONSTITVTA) CANONVM ANCYRENSIVM, p 20 CANONES CONSTITVTI . . . IN CIVITATE ANCYRENSE. quae tamen interpretatio cum ab homine facta sit neque admodum 'prisco' (canones enim concilii Chalcedonensis anno 451 habiti una cum ceteris latine uertit) neque litterarum perito, iure neglegetur.

Dionysius Exiguus, tum in priore tum in altera interpretatione, nonnisi 'Ancyranus' uel 'Anquiranus' scribit : p 37 col *a* CAPITVLA CANONVM CONCILII ANQVIRANI, col *b* TITVLI CANONVM ANCYRANI CONCILII ; p 49 col *a* CANONES ANQVIRANI, col *b* REGVLAE ANCYRANI CONCILII ; p 115 col *a* EXPLICIT CANONES ANCYRANI, col *b* EXPLICIT CANONES CONCILII ANQVIRANI : adde etiam (quamuis ipsi Dionysio abiudicandi sint indices episcoporum) p 51 l 2 'Marcellus Anquiranus.'

Par erat Dionysium sequi ('Ancyranus' enim et alibi reperitur, uide infra), ni

obstitisset interpretatio canonum interuallo annorum circiter centum uetustior, scilicet quae Isidoriana appellatur. tam enim in principali textu ('Isidori antiqua') quam in ea recensione quam non multo postea confecit anonymus quidam ('Isidori uulgata'), ubique 'Ancyritanus' inuenies: Isid-ant, p 114 col *a* FINIT CONCILIVM ANCYRITANVM; codd V **Sp**, p 50 'Marcellus Ancyritanus,' p 114 col *b* EXPLICIT CONCILIVM ANCYRITANVM; codd **F**, p 114 col *b* EXPLICIT CONCILIVM ANCERITANVM (ANCHERITANVM); cod Θ, p 48 CANONES ANQVIRITANI; codd **S** v, p 48 INCIPIT CANONES ANQVIRITANOS, p 114 EXPL(ICIT) CANONES ANQVIRITANOS, p 50 'Marcellus Anquiritanus'; codd **C**, p 48 INCIPIVNT CONSTITVTIONES CANONVM ANQVIRITANI, p 114 EXPL(ICIVNT) CANONES ANQVIRITANI, p 50 'Marcellus Anquiritanus'; codd **Q**, p 48 INCIPIT CANON ANQVIRITANVS. quod semel, in indice scilicet capitulorum p 36, scribunt singulariter CONSTITVTA CANONVM ANQVIRENSIVM ET TITVLI codd **S** v, hoc Priscae interpretationis auctoritati acceptum referes: ex iis enim quae canonibus praemissa sunt nonnulla a Prisca mutuari codices **S** certum est, cf pp 19 col *b*, 28, 48 col *a*, 116 col *a*.

Pendet etiam ex Isidoriana, ut uidetur, lectio 'Anquiritani canones,' apud codices nonnullos in canone XXX concilii Epaonensis, anno 517 habiti, reperta. quam lectionem falsam quidem esse iudico—'antiqui Nicaeni canones' praebent codices bonae notae tres, uide p 10 col *a* infra—sed ipso concilio Epaonensi uix multo posteriorem.

Eodem modo distinguuntur patrum Nicaenorum indices in episcopo designando qui ab Ancyra uenerat, uide operis nostri tom I pp 64 65: 'ancyrani' col I, 'ancyritanus' col II, 'anquirensis' col III. quorum catalogorum secundus, ut ibidem p 95 ipse scripseram, 'alios tam fide quam aetate superat.' similia in isto catalogo habes nomina 13 (et 20) tautitanus (tauchitanus), 22 hierosolymitanus, 62 gabalitanus, 73 bostritanus, 76 sodomitanus, 81 resinnitanus, 87 castabalitanus, 92 aegeitanus, 106 satalitanus, 137 standitanus, 142 doryleitanus, 152 ambladebitanus, 156 pataritanus, 159 siarbitanus, 160 aspendebitanus, 167 corcyritanus, 169 afrodisitanus, 171 cibiritanus, 174 coropissitanus, 180 suedritanus: e quibus praecipue notandum est 167 corcyritanus, propter similitudinem nominum Corcyrae et Ancyrae.

'Anquiritanus' igitur formam esse omnium antiquissimam in conciliorum saltem interpretationibus recte iudices. neque aliter apud uernaculos latinos rei christianae scriptores res se habet: conferas S. Hilarii *ex opere historico fragmentum* XV § 3 'Basilio episcopo tunc Anquiritano.'

Fatendum est tamen apud ethnicos scriptores magis proprie scribi 'Ancyranus.' sic apud *Corpus Inscriptionum Latinarum* III 6900 (= 6058), imperante Elagabalo, METROPOLIS ANCYRANORVM: sic Claudianus *in Eutropium* ii 416, sed cogente metro, 'Ancyranique triumphi.' apud Graecos genuinam esse formam Ἀγκυρανός docent nummi sub M. Aurelio et Commodo excusi, (1) ΑΥΤ . ΚΑΙ . Μ . ΑΥΡ . ΑΝΤΩΝΕΙΝΟϹ ϹΕΒ.: ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ ΜΗΤΡΟ. (2) ΑΥΤ . Κ . Μ . ΑΥΡ . ΑΝΤ . ΚΟΜΜΟΔΟϹ: ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩϹ ΑΝΚΥΡΑΝΩΝ (uide *Catalogue of Greek Coins in the Hunterian*

Collection, University of Glasgow, curante G. Macdonald, ii 569: *British Museum, Catalogues, Greek Coins of Galatia Cappadocia and Syria*, curante W. Wroth, p 10).

Quod ordine praepostero hanc tomi secundi primam partem antequam tomo primo finis datus sit in publicum emiserim, feci ut et meis et typographorum commodis consulerem. cum enim conciliorum Ancyritani et Neocaesariensis totus fere textus et critici quem uocant apparatus pars maxima ante hos decem annos typis mandarentur, decreui prius quod facilius expediri posset absoluere neque uerum operis ordinem exspectare. nempe schedis iampridem tractatis atque retractatis ultimam adducere limam officium erat multo leuius, quam appendices tot et tam diuersas ad concilium Nicaenum pertinentes disponere emendare recensere ad exitum perferre.

Inter plurimos a quibus incepto meo uel hinc uel illinc subuentum est, singulare mihi praebuit auxilium, ut in tomo praecedenti, ita hic quoque Aluredus H. Cruickshank Wintoniensis, qui in schedulis meis legendis poliendis adeo fraternas impendit curas ut ueterem amicitiam nouis semper documentis instauret. sed crescente indies debito, quod solui non potest commemorasse satis erit.

Qui de opere meo apud ephemeridem *The Church Quarterly Review* (mense Aprili, A. D. 1905) summa scientia, beneuolentia non minore, disputabat—nomen eius cum non ipse subnotauerit taceo — id mihi obiecit quod conciliorum interpretationibus nonnisi apparatum et adnotationes aliquantulas subiunxissem, historiographi munus declinauissem. sed consulto et egi et ago. primum enim necesse est monumentorum antiquorum ueritatem, codicum plene excusso testimonio, ad uerbum exprimere, deinde ex iis rerum gestarum historiam ordinem rationes colligere. adeo in incerto est super multis iudicium meum, ut uelim per nonnullos adhuc annos congerere materiam, differre sententiam.

Sed prudentior qui minora spondet in futurum. nostrum non est de complendo opere incepto nimis confidere, sed ita pro uirili parte laborare ut et de nobis dicatur illud *Quod habuit fecit.*

In festo S. Gregorii Anglorum apostoli,
a. d. IIII *Idus Martias Anno Salutis* MCMVII.

ADDENDA CORRIGENDA

p 34 *col b* *adde* (*post codices* ΘVF) *notitiam codicis Nouariensis ut sequitur*:
nov **Codex Nouariensis** bibliothecae Capitularis lxxxiv (54), quoad concilium Neocaesariense: saec. viii [fol. 1 *a*

p 88 *col b in marg* *pro* '*can* XIII' *lege* '*can* XIIII'

NVMERI ET ORDINIS CANONVM ANCYRITANORVM SECVNDVM DIVERSAS INTERPRETATIONES SEV SYLLOGAS CONSPECTVS

	Dionysii II *cod j*	Dionysii I Dionysii II *codd cett*	Prisca	Isidori antiquae *codicum f R archetypus*	Isidori antiquae *cod Λ W* *Fulgentii Ferrandi epitome*	Isidori uulgata Sp	Eiusdem epitome	Isid-uulg Θ	Isid-uulg F	Isid-uulg Sv	Isid-uulg CQ	Gallica	Eiusdem epitome
1. Πρεσβυτέρους τούς . . .	21	1	1	20 [21 *f*]	1	1	1	1	1	1	1	22	40
2. Διακόνους ὁμοίως . . .	22	2	2	21 [20 *f*]	2	2		2	2	2	2		
3. Τοὺς φεύγοντας καί . . .	23	3	3	22 [21 *f*]	3	3		3	3	3	3	23	41
											4		
4. Περὶ τῶν πρὸς βίαν . . .	24	4	4	23 [22 *f*]	4	4	2	*om*	4	4	5	24	42
5. Ὅσοι δὲ ἀνῆλθον . . .				24 [23 *f*] [25 R]	5	5	3	*om*	5		6	25	43
6. Περὶ τῶν ἀπειλῇ . . .	25	5	5	25 [24 *f* 26 R]	6	6	4	*om*	6	5	7	*om*	*om*
7. Περὶ τῶν συνεστιαθέντων . .	26	6	6	26 [25 *f* 27 R]	7	7	5	4	7	6	8	26	44
8. Οἱ δὲ δεύτερον καί . . .	27	7	7	27 [26 *f* 28 R]	8	8		5	8	7	9	*om*	*om*
9. Ὅσοι δὲ μὴ μόνον . . .	28	8	8	28 [27 *f* 29 R]	9	9	6	6	9	8	10	27	45
10. Διάκονοι ὅσοι	29	9	9	29 [28 *f* 30 R]	10	10	7	7	10	9	11	*habent*	*infra*
11. Τὰς μνηστευθείσας . . .	30	10	10	30 [29 *f* 31 R]	11	11	8	8	11	10	12	[28]	46
[10. Διάκονοι ὅσοι] . . .	·											29	47
12. Τοὺς πρὸ τοῦ βαπτίσματος . .	31	11	11	31 [30 *f* 32 R]	12	12	9	9	12	11	13	[30]	50
13. Χωρεπισκόποις μή . . .	32	12	12	32 [31 *f* 33 R]	13	13	10	10	13	12	14	*om*	*om*
14. Τοὺς ἐν κλήρῳ	33	13	13	33 [32 *f* 34 R]	14	14	11	11	14	13	15	31	51
15. Περὶ τῶν διαφερόντων . .	34	14	14	34 [33 *f* 35 R]	15	15	12	12	15	14	16	32	52
16. Περὶ τῶν ἀλογευσαμένων . .	35	15	15	35 [34 *f* 36 R]	16	16	13	13	16	15	17	[33]	62
17. Τοὺς ἀλογευσαμένους . .	36	16	16	36 [35 *f* 37 R]	17	17	*om*			16			
18. Εἴ τινες ἐπίσκοποι . . .	37	17	17	37 [36 *f* 38 R]	18	18	14	14	17	17	18	34	63
19. Ὅσοι παρθενίαν . . .	38	18	18	38 [37 *f* 39 R]	19	19	15	15	18	18	19	[35]	64
													65
													48?
													49?
20. Ἐάν τινος γυνή . . .	39	19	19	39 [38 *f* 40 R]	20	20		16	19	19	20	36	53
21. Περὶ τῶν γυναικῶν . . .	40	20	20	40 [39 *f* 41 R]	21	21	16	17	20	20	21	37	54
22. Περὶ ἑκουσίων	41	21	21	41 [40 *f* 42 R]	22	22	17	18	21	21	22	38	55
23. Ἐπὶ ἀκουσίων	42	22	22	42 [41 *f* 43 R]	23	23			22	22	23		
24. Οἱ καταμαντευόμενοι . .	43	23	23	43 [42 *f* 44 R]	24	24	18	19	23	23	24	39	57
25. Μνηστευσάμενός τις . . .	44	24	24	44 [43 *f* 45 R]	25	25	19	20	24	24	25	40	66

Nota apud codicem V (*ut in conciliis ceteris, ita etiam in Ancyritano et Neocaesariensi*) *initia canonum singulorum non numeris sed litteris tantum miniatis significari : uidetur tamen in concilio Neocaesariensi omnimodo cum* **F**, *in concilio Ancyritano usque ad can* 16 *cum* **Sp F**, *concordare. sed cum canonem Ancyritanum* 16 *in duas partes* (*contra* **Sp F**) *diuidat, canonem* 17 *separatim* (*cum* **Sp** *contra* **F**) *numeret, uiginti sex in summa canones distinguit*

NVMERI ET ORDINIS CANONVM NEOCAESARIENSIVM SECVNDVM DIVERSAS INTERPRETATIONES SEV SYLLOGAS CONSPECTVS

	Dionysii II *cod j*	Dionysii I / Dionysii II *codd cett*	Prisca	Isidori antiquae *codicum F* R *archetypus*	Isid-ant *cod* W / Isid-uulg Θ *nov* Sp	Isid-uulg S [v]	Isid-uulg F	Isid-uulg VQ	Isid-uulg C	Isid-epitome Hispana	Gallica	Eiusdem epitome
1. Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ	45	1	1	45 [44 *F* 46 R]	1	1	1	1	1	1	*om*	*om*
2. Γυνὴ ἐὰν γήμηται	46	2	2	46 [45 *F* 47 R]	2	2	2	2	2	2	41	56
3. Περὶ τῶν πλείστοις	47	3	3	47 [46 *F* 48 R]	3	3	3	3	3	*om*	[42]	67
4. Ἐὰν προθῆταί τις	48	4	4	48 [47 *F* 49 R]	4	4	4	4	4	*om*	43	*om*
5. Κατηχούμενος ἐάν	49	5	5	49 [48 *F* 50 R]	5	5	5	5	5	3	44	68
6. Περὶ κυοφορούσης	50	6	6	50 [49 *F* 51 R]	6	6	6	6	6	4	[45]	69
7. Πρεσβύτερον εἰς γάμους	51	7	7	51 [50 *F* 52 R]	7	7	7	7	7	5	[46]	70
8. Γυνή τινος μοιχευθεῖσα	52	8	8	52 [51 *F* 53 R]	8	8	8	8	8	6	47	58
										7		
9. Πρεσβύτερος ἐάν	53	9	9	53 [52 *F* 54 R]	9	9	9	9	9	8	48	59
10. Ὁμοίως καὶ διάκονος	54	10	10	54 [53 *F* 55 R]	10	10	10	10		9		
[12 Ἐὰν νοσῶν τις]							11					
11. Πρεσβύτερος πρὸ τῶν λ'	55	11	11	55 [54 *F* 56 R]	11	11	12	11	10	10	49	60
12. Ἐὰν νοσῶν τις	56	12	12	56 [55 *F* 57 R]	12	12	*habet supra*	12	11	11	50	71
[15 Διάκονοι ἑπτά]											51	72
13. Ἐπιχώριοι πρεσβύτεροι	57	13	13	57 [56 *F* 58 R]	13	13	13	13	12	12	52	61
14. Οἱ δὲ χωρεπίσκοποι						*om*	14	14	13	13	*om*	*om*
15. Διάκονοι ἑπτά	58	14	14	58 [57 *F* 59 R]	14	14	15	15	14	14	*habent supra*	

CONCILIA
ANCYRITANVM ET NEOCAESARIENSE
CANONES

I

INTERPETATIONIS QVAE DICITVR GALLICA PARAPHRASIS

G **Codex sylloges 'systematicae' quae uocatur S. Germani de Pratis unicus Parisinus** lat. 12444: saec. ix: canones adducit Ancyritanos i ii (in unum redactos sub titulo 'In synodo Niceno cap xxii') iii ('Nicen. xxiii') iiii ('Nicen. xxiiii') v ('Nicen. xxv') vii ('Nicen. xxvi') viiii ('Nicen. xxvii') x ('Nicen. xxviiii') xiiii ('Nicen. xxxi') xv ('Nicen. xxxii') xviii ('Nicen. xxiiii,' scilicet 'xxxiiii') xx ('Nicen. xxxvi') xxi ('Nicen. xxxvii') xxii xxiii (in unum redactos sub titulo 'Nicen. xxxviii') xxiiii ('Nicen. xxxviiii') xxv ('Nicen. xl'); Neocaesarienses ii ('Nicen. xli') iiii ('Nicen. xliii') v ('Nicen. xliiii') viii ('Nicen. xlvii') viiii x (in unum redactos sub titulo 'Nicen. xlviii') xi ('Nicen. xlviiii') xii ('Nicen. l'), xiiii [xv] ('Nicen. li'), xiii ('Nicen. lii')

Canonem Ancyritanum xviii ('Nicenum xxxiiii') adducit

bb **codex Bruxellensis burgund.** 8780–8793, nunc 2493: saec. viii [fol. 7 *a*

Edidit Fr Maassen Geschichte der Quellen und der Literatur des canonischen Rechts im Abendlande *Gratz* A. D. 1871, *p* 939

EIVSDEM INTERPRETATIONIS EPITOME

U **Codex Veronensis** Bibliothecae Capitularis lxi (59): saec. vii–viii [fol. 13 *a*

Z **Codex Lucensis** Bibliothecae Capitularis 490: saec. viii–ix

h **Codex ut uidetur Bobiensis nunc Vaticanus** 5751: saec. x [fol. 32 *b*

Canones adducit epitome Ancyritanos i ii (in unum redactos sub numero 'xl') iii ('xli') iiii ('xlii') v ('xliii') vii ('xliiii') viiii ('xlv') xi ('xlvi') x ('xlvii') xviiii ut uid ('xlviii' 'xlviiii') xii ('l') xiiii ('li') xv ('lii') xx ('liii') xxi ('liiii') xxii xxiii (in unum redactos sub numero 'lv') Neocaesariensem ii ('lvi') Ancyritanum xxiiii ('lvii') Neocaesarienses viii ('lviii') viiii x (in unum redactos sub numero 'lviiii') xi ('lx') xiii ('lxi'): post hoc autem epitomator siue idem siue alter canones Ancyritanos et Neocaesarienses de nouo percurrit, omissos fere omnes addidit, uidelicet Ancyritanos xvi ('lxii') xviii ('lxiii') xviiii ('lxiiii' 'lxv') xxv ('lxvi') Neocaesarienses iii ('lxvii') v ('lxviii') vi ('lxviiii') vii ('lxx') xii ('lxxi') xiiii [xv] ('lxxii')

Edidit Mansi Concilia IV (*Florentiae* A. D. 1759) 533 *e cod* Z: *codices U h primus adhibui*

I

Interpretatio quae dicitur Gallica

Canones Ancyritani I II

In synodo Niceno capitulum XXII

Si qui presbiteri sacrificauerint *et* iterum reuersi sunt ex ueritate, qui plagas non sustenuerunt, isti accipiantur in honore, tamen· Donum Dei numquam offerant. similiter et diaconi numquam mynisterium accipiant.

Canon Ancyritanus III

In synodo Niceno capitulum XXIII

Qui persecutionem fugiunt et conprehinduntur *a*ut trad*u*ntur, baiolauerunt autem plagas aut catenas clamantes quia christiani sunt et †concessas† res uiolenter acceperunt que fuerant eis *o*blate, confitentes cum lacrimis quia christiani sint, et luctum quod euenit semper ante oculos suos habentes; istos quasi sine peccato a communione *non* prohiberi. sin autem aliquis prohibuerit et non communicauerit, hic iam modo communicet siue clericus siue laicus.

Eiusdem epitome Hispana

XL Presbyter diaconus qui sacrificauerunt et reuersi fuerint recipiantur, sed non offerant.

XLI Si cum plagas et dispolio suo sacrificauerint, recipiantur et cummunicent.

G XXII **In synodo Niceno capitulum** XXII *scripsi cum* G (*fol* 20 *b*): *certum est enim tum ex titulis in cod* G *seruatis tum e conc Epaonensis canone* xxxi (*uide infra ad can* xxxviii *p* 10) *interpretem nostrum canones Ancyritanos et Neocaesarienses tamquam uere Nicaenos accepisse* 2. et *scripsi, cf epitomen col b*: *om* G 6. **diaconi numquam** G: *perperam* diaconum quam *Maassen* 7. accipiunt G*

XXIII **In synodo Niceno capitulum** XXIII G (*fol* 102 *a*) 2. **aut traduntur** *scripsi e Gr* ἢ . . . παραδοθέντας: ut tradantur G 4. **sunt**: sint G^2 6. **oblate** *scripsi, agitur enim de thure uel idolothytis*: ablate G 11. **non** *scripsi e Gr* μὴ κωλύεσθαι, *cf epitomen col b*: *om* G 13. **hic** *scripsi*: huic G

XL U Z, *scilicet post* XXXIX *Nicaenos et Sardicenses: desunt numeri et hic et semper in cod h* U Z *h* 1. Prb U sacrificauerit *h* 2. et: si *h* fuerunt Z 3. offerat U

XLI 1. plagis *h* **dispolio suo** (*uocem* dispolium *alibi non inueni*): dispoliūsuos U 2. sacrificauerit U Z et: + non *h* communicet Z

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus IIII

In synodo Niceno capitulum XXIIII

Si quis presbiter uel clericus uiolenter sacrificauerit, et postea iterum ad idola ducti sunt et splendidas uestes usi sunt et hilares su*scep*erunt quod eis positum est, placuit sancto et magno senodo ut anno uno iactent se ante ianuam catholicae aecclesiae et subiaceant tres *annos et per duos* alteros annos ad orationem fidelium *admittantur*, et sic *ad* perfectum ueniant e*t* communicent.

Eiusdem epitome Hispana

XLII Si quis presbyter uel clericus uiolenter sacrificauerit, sex annis ad orationem fidelium ammittatur, si alba induerit.

G XXIIII **In synodo Niceno capitulum XXIIII** *scripsi*: Item Nicen cap xxiiii G (*fol* 102 *a*) 1 prbt G 5. **susceperunt** *scripsi* (*Gr* μετέσχον): subiecerunt G 9. **annos et per duos** *scripsi e Gr* ὑποπεσεῖν δὲ τρία ἔτη εὐχῆς δὲ μόνης κοινωνῆσαι ἔτη δύο, *collata epitome* sex annis: *om* G 10. **admittantur** *scripsi cum epitome*: *om* G 11. **ad** *scripsit Maassen*: *om* G, *sed cf can* xxvii *l* 5 *p* 7 **et communicent** *scripsit Maassen*: excommunicent G

XLII 1. **quis**: *om h* prb U 2. **sex**: U Z *h* vii *h* **annis** Z: annus U anñ peñ *h* 3. ammittat (*fortasse* ammitta*t in ras*) U 4. **si alba** (albam Z) **induerit**: *scilicet*, si splendidas uestes usus erit, *uide col a l* 3

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus V (IIII)

In synodo Niceno capitulum XXV

Si qui uiolenter ducti ascenderunt cum ueste lucubre et manducauerunt cum illis toto prandio cum luctu, hi conpleant III annos in poenitentia, ut sine gratia accipiantur in oratione: si autem non manducauerunt, post tertium annum communicent. episcopus autem ipsorum habet potestatem addere aut minuare, qui potest scire conue*rs*ionem horum hominum.

Canon Ancyritanus VI (V)

[*Omittit hunc canonem interpretatio Gallica, testibus et codice* G *et epitome Hispana*]

Canon Ancyritanus VII (VI)

In synodo Niceno capitulum XXVI

Qui letantur cum gentes loco separato et sua cibaria toll*u*nt et manducant, duos annos poeneteant et sic communicent; ita tamen ut eos episcopus probet et alteram uitam cognuscat.

Canon Ancyritanus VIII (VII)

[*Omittitur hic canon in interpretatione Gallica, testibus* G *et epitome Hispana*]

Eiusdem epitome Hispana

XLIII Si clericus uiolenter in ueste lugubri manducauerit in templo, post tres annos cummunicet.

XLIIII Qui laetantur et cum gentibus epulantur absconsae, post duo annos communicent.

G XXV **In synodo Niceno capitulum XXV** *scripsi*: Item Niceno cap xxv G (*fol* 102 *a*) 2. **lucubre** *scripsi*: lucubres G* lucubri G² 4. **hi**: hic *ut uid* G* 10. **minuare** G: *forma apud scriptores Gallos inde a sexto saeculo haud infrequenter adhibita* (*uide Ducange* s.v.) *hic scribae potius quam interpreti fortasse tribuenda est* **conuersionem** *scripsi e Gr* τὸν τρόπον τῆς ἐπιστροφῆς: conuentionem G conuersationem *coniecit Maassen* 11. hominem G*

XXVI **In synodo Niceno capitulum XXVI** *scripsi*: Item Nic̄ cap xxvi G (*fol* 102 *a*) 1. cum gentibus G² 2. **et sua** G: *per errorem omisit Maassen* **tollunt** *scripsi*: tollant G

XLIII 1. clericū U clerici *h* 2. **lugubri** U Z *h* Z: lubri U* lubrica U² lugubrū *h* manducauerint *h* **templo** Z *h*: templus U* templū U² 3. **tres**: quattuor *h* annus U anñ Z cummunicetur U communicet Z communicent *h*

XLIIII 1. Que U **gentibus** U *h*: gentilibus Z 2. **absconsae** (abscunsae U): *uide Neue-Wagener*³ iii 559 *et Rönsch* Itala und Vulgata *pp* 147 295 duo U: ii Z duos *h* annus U 3. **communicent** Z *h*: communicit U

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus VIIII (VIII)

In synodo Niceno capitulum XXVII

Qui non soli fuerunt sed alios suaserunt fratres, ipsi magis culpabiles sunt: III annos peneteant et sic habeant locum ad orationem, et X annos conpleant et sic ad perfectum perueniant.

Canon Ancyritanus XI (X)

[In synodo Niceno capitulum XXVIII]

Canonem hunc non laudat codex G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Ancyritanus X (VIIII)

In synodo Niceno capitulum XXVIIII

Diaconi quotquod sunt ordinati et testati fuerint quia non possumus sine uxores permanere, et duxerunt uxores, iam uacent a ministerio.

Canon Ancyritanus XII (XI)

[In synodo Niceno capitulum XXX]

Canonem hunc non laudat codex G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Ancyritanus XIII (XII)

[*Omittit hunc canonem interpretatio Gallica, testibus et codice* G *et epitome Hispana*]

Eiusdem epitome Hispana

XLV Qui et alios suaserunt laetari, XIII annos peneteant.

XLVI Sponsata si rapta fuerit, sponso reddatur, etsi corrupta fuerit a raptore.

XLVII Diacunus ante ordinationem si testatus fuerit sine uxore non posse esse, deponatur.

L Qui ante baptisma sacrificauerunt, in clero admitendi.

G XXVII **In synodo Niceno capitulum** XXVII *scripsi*: Item Nic̄ cap xxvii G (*fol* 102 *b*) 2. culpabilis G* 3. ann̄ G 5. ann̄ G XXVIIII **In synodo Niceno capitulum** XXVIIII *scripsi*: In Niceno capitl̄ xxviiii G (*fol* 27 *b*)

XLV 1. **et**: *om* U alius Z (U?) **suaserunt** U Z *h* U: suaserint Z suaserit *h* 2. xii ann̄ *h* **peneteant** *scripsi cum Gall*: peneteat U Z pen̄ *h*

XLVI 1. Si sponsā rapta *h* 2. **etsi**: et *h* currupta U 3. rapturae U

XLVII 1. **Diacunus** U: diacones Z *h* **ante ordinationem** U: ante ordinatione Z; *om h* **si**: qui *h* 2. **testatus fuerit** U: testati sunt Z *h* **uxore** Z: oxore U uxoribus *h* possesesse (*fortasse pro* posse se esse) Z

L *De canonibus* XLVIII XLVIIII *uide infra ad can Ancyrit* XVIIII (XVIII) *p* 9 *col b* 1. sacrificauerint *h* 2. in clerum *h*

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus XIIII (XIII)

In synodo Niceno capitulum XXXI

Qui in clero sunt presbiteri aut diaconi et abstinent se a carne, placuit sancto et magno synodo ut gustent primum et sic si uoluerint abstineant se: si autem spernunt uel olera quae cum ipsa carne coquntur non manducant et non *ob*audiunt canoni, conpescant se ab ordine clericorum.

Canon Ancyritanus XV (XIIII)

In synodo Niceno capitulum XXXII

Si quis episcopus presumpserit de ecclesiasticis rebus ubi non sunt presbiteri et uendiderit, primum restaurare oportet ecclesiae suae et sic in iudicio episcopali decet ut auferatur honor.

Canon Ancyritanus XVI (XV)

[In synodo Niceno capitulum XXXIII] *Canonem hunc non laudat codex* G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Ancyritanus XVII (XVI)

[*Canonem hunc omittit* (*uel praecedenti coniungit*) *interpretatio Gallica, testibus codice* G *et epitome Hispana*]

Eiusdem epitome Hispana

LI Clericus qui non manducat contaminatum, deponatur.

LII Episcopus si uendederit rem ecclesiae, qui non fecit aumentum ecclesiae, deponatur.

LXII Si quis cum animalibus uel proximis se cummiscuerit, XX aut XXX annos peneteat.

G XXXI **In synodo Niceno capitulum** XXXI *scripsi*: In Nic̄ cap xxxi G (*fol* 23 *a*) 1. prbi G 8. **obaudiunt** *scripsi cum Gr* ὑπείκοιεν τῷ κανόνι: audiunt G

XXXII **In synodo Niceno capitulum** XXXII *scripsi*: Canon Niceñ cap xxxii G (*fol* 7 *a*)

LI 1. **non** U (Z* ?): *om* Z² *h* (* * * Z) **con-taminatum** Z *h*: cōmitatō U; *codicum lectionem ne immutes uetat epitome Isidori Hispana* (*p* 87 *infra*) 'Presbyter diaconus contaminatum manducent' U Z *h*

LII 1. **si**: qui *h* 2. eccl̄ Z **fecit** U: ficet Z* fiet Z² fecerit *h* **aumentum** U² (aute*entum U*) Z, *cf* 'aumento' *italice* (*citat Neue-Wagener*³ ii 550 'aumentatim'): augmentum *h* 3. eccl̄ Z ad ecclesiam U* ?

De canonibus LIII *usque ad* LXI *uide infra ad cann Ancyrit* XX (XVIIII)–XXIIII (XXIII) *Neocaes* II VIII–XI XIII, *pp* 10–15

LXII U: LXIII Z 2. commiscuerit Z miscuerit *h* 3. ann̄ *h* **penet̄** U peñ *h*

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus XVIII (XVII)

In synodo Niceno capitulum XXXIIII

Si quis episcopus fuerit ordinatus et non *receptus fuerit* ubi ordinatus est, requirat alteram parrochiam. si autem †uiolenter uoluerit† et rixas concitauerit aduersus illos, hic exsecrandus est. si autem uoluerit ibi esse, non auferatur ei dignitas presbiterii.

Canon Ancyritanus XVIIII (XVIII)

[In synodo Niceno capitulum XXXV]

Canonem hunc non laudat codex G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Eiusdem epitome Hispana

LXIII Episcopus ubi ordinatus fuerit si receptus non fuerit, in alia ecclesia ordinetur.

LXIIII Si quis confessorem se professus fuerit, si non conpleuerit inter bigamos habeatur.

LXV Deuotam in domum suam pro sorore nullus habeat.

XLVIII Puellae qui se uouerint et maritos acceperint, per multos annos peneteant.

XLVIIII Duplicati matrimonium in clero non admitendi.

G XXXIIII **In synodo Niceno capitulum** XXXIIII *scripsi*: In Nicē cap xxiiii G (*fol* 5 *b*). *hunc canonem sub titulo* Canon Nicenses *adducit* (*inter alios canones ad ordinationem episcoporum pertinentes, uide Maassen p* 873, *et confer operis huius tomum primum, p* 196 *col a*) *cod bb* (Bruxellensis 2493, *fol* 7 *a*)
1. ordenatus *bb* 2. **receptus fuerit** *scripsi ex epitome Hispana* (*Gr* μὴ δεχθέντες): recipiatur *Maassen*; *om* G *bb* ordenatus *bb* 3. requiratur altera parrochia *bb* 4. **uiolenter uoluerit** G *bb*: *βούλοιντο . . . βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας Gr* 6. execrandus G 7. **ibi esse** G *bb*: *fortasse addendum* ubi prius erat presbiter *e Gr* ἔνθα ἦσαν πρότερον πρεσβύτεροι 8. dignetas *bb*

LXIII: LXIIII Z 1. **fuerit**: est *h* 2. U *Z h* ecclĪ Z
LXIIII: LXV Z 1. confessore U **se**: sed Z 2. conpluerit Z 3. uigamus U* bigamus U[2] Z biganos *h*
LXV: LXVI Z 1. Deuota U Deuotum Z **in domum suam** Z: in domo suā U in domo sua *h* 2. **sorore** *h*: soro|rore U sorē Z habeatur *h*
XLVIII XLVIIII: *hos canones ideo huc transtuli, quia alteram canonis Ancyritani* XVIIII [XVIII] *interpretationem praebere uidentur*
XLVIII U: *post canonem sequentem transponunt* Z *h* 1. **se**: + deo *h* uouerent U 2. maritus U acceperit U multus annus U[2] multus tempus U* (*sed corr m p*) 3. **peneteant** Z: peneteat U penitentiam agant (agat *h**) *h*
XLVIIII U: XLVIII (*uide ad canonem praecedentem*) Z 1. **matrimonium** U: matrimonio Z *h*

I

Interpretatio Gallica

Canon Ancyritanus xx (xviiii)

In synodo Niceno capitulum xxxvi

Si alicuius uxor moechata fuerit aut ipse moechatus fuerit, vii an*nos* penet*eat*.

Canon Ancyritanus xxi (xx)

In synodo Niceno capitulum xxxvii

De mulieribus qui fornicate sunt et occiderunt infantes et festinant aborsus facere, priores canones ordinauerunt in morte eas communicare, modo autem misericordie ordinauimus x ann*os* eas poenitentiam ager*e*.

Canones Ancyritani xxii xxiii (xxi xxii)

In synodo Niceno capitulum xxxviii

Qui homicidium uoluntarius *fecerit*, semper subiaceat ad ianuam aecclesiae catholice et ad mortem communionem mereatur. si uero

Eiusdem epitome Hispana

LIII Qui moechatus fuerit, vii annos penetea*t*: similiter et mulier.

LIIII Mulieres qui aborsum fecerint uel filios natos occiderint, in finem cummunicent aut x annos peneteant.

LV Si quis humicidium uoluntarius fecerit, ad mortem cummunicet:

G xxxvi In senodo Niceno cap xxxvi G (*fol* 55 *a*) 2. annos peneteat *scripsi*: an̄ penet̄ G

xxxvii In synodo Niceno capitulum xxxvii *scripsi*: In Nic̄ cap xxxvii G (*fol* 70 *b*)

1. qui *scripsi cum* G, *collata Hispana epitome* 5. misericordie G (*Gr* φιλανθρωπότερον), *quam lectionem, cum falsa aduerbii forma pro* misericorditer *esse possit, non ausus sum mutare*: misericordia *Maassen*; *fortasse legendum* misericordius 6. annos *scripsi*: ann̄ G 7. agere *Maassen* (*cf canonem sequentem*): agerunt G

xxxviii In senodo Niceno cap xxxviii G (*fol* 53 *a*). *hunc canonem respicit canon* xxxi *concilii Epaonensis anno* 517 *habiti* (*uide* Monumenta Germaniae Historica: Legum Sectio III Concilia i [*Hannoverae* A.D. 1893] *p* 26) De paenetentia homicidarum qui saeculi leges euaserint, hoc summa reuerentia de eis inter nos placuit obseruari quod Anquiritani canones decreuerunt, *ubi tamen pro* Anquiritani *debuerat poni cum optimis codicibus* antiqui Nicaeni

1. fecerit *Maassen* (*cf epit Hisp*): *om* G

LIII 1. annus U ann̄ Z 2. peneteat U Z *h scripsi*: penetea U penit̄ Z pen̄ *h*

LIIII 1. Mulieres *h*: mulieris U[2] (*sed m p*) Z mulier U* fecerit U 2. filius natus U occiderent U in fine Z 3. annus U peneteant *h*: penedeat U* peneteat U[2] peniteat Z

LV 1. uoluntarius Z (*cf ipsam interpretationem Gallicam col a*): uoluntariae U; *om h* 2. ad mortem Z: ad morte U in finem ad mortem *h* cummunicit U

I

Interpretatio Gallica

sine uoluntate homicidium fecerit, priores canones septem annos iusserunt poenitentiam agere, secundus canon quinque annos conplere iussit.

Canon Ancyritanus XXIIII (XXIII)

In synodo Niceno capitulum XXXVIIII

Qui se dicunt diuinare et consuetudines gentilium secuntur aut inducunt aliquos in domum suam quasi malum mittant foras mundati, quinque ann*os* penit*eant*.

Canon Ancyritanus XXV (XXIIII)

In synodo Niceno capitulum XL

Qui sponsauerit puella et iuncxerit se ad sororem eius, et postea sciuit quod stuprata est collum sibi ligauit; qui cons*c*ii fuerint, XI ann*os* penit*eant*.

Eiusdem epitome Hispana

qui sine uoluntate, VII annos aut V peneteat.

LVII Qui diuinos interrogant uel auguria respici*u*nt, V ann*o*s peneteant.

LXVI Si quis sponsauerit puella et postea germanam illius acceperit, si exinde humicidium factum fuerit, XI annos penetentiam agat.

G XXXVIIII **In synodo Niceno capitulum** XXXVIIII *scripsi*: In Nic̄ cap xxxviiii G (*fol* 71 *a*) 4. **quasi malum** G: quasi .. lum *Maassen* 5. **annos peniteant** *scripsi*: ann̄ pent̄ G

XL In senodo Nic̄ cap xl G (*fol* 70 *b*) 1. **puella** G, *cum epitome Hispana* 2. **postea sciuit quod**: *fortasse supplendum* quae *ante* sciuit 4. **conscii**: constii G **xi annos** (*quasi* ἐνδεκαετίᾳ *pro* ἐν δεκαετίᾳ) G, *cf Prisc infra p* 27 5. **annos peniteant**: ann̄ penit̄ G

3. **qui** *usque ad* **peneteat**: *om* U*, *supplet* U Z *h manus satis antiqua* (*notandum est hic folia* 14 15 *codicis* U *ordine praepostero esse compacta*) **qui**: *om h**; qui *uel* cui h^2 **vii annos aut v** *scripsi*: vii annos aut quinque U v annos aut vii Z v aut vii ann̄ *h* 4. **peneteat**: pen̄ *h*

Post can LV *addit* Z LVI Qui homicidium uoluntarie fecerit aut casu homicidium fecerit qui duas uxores habet

Canonem LVI *infra p* 12 *inuenies*

LVII: LVIII Z: *canonem omittit h* 1. diuinas U interrogamus Z agurias U* augurias U[2] (*fortasse recte*, *cf epit Hisp p* 113 *infra*) 2. **respiciunt** *scripsi*: respicit U respicent Z **annos**: annus U ann̄ Z **peneteant** Z: peneteat U

LXVI: LXVII Z 1. **puella** U *h*, *cf cod* G § *h* (*col a*): puellam Z 2. **postea**: posteus ad U germana U **illius**: eius *h* 3. homicidius factus Z 4. ann̄ Z *h* **penetentiam agat** U *h*: peniteat Z

I

Interpretatio Gallica

Canon Neocaesariensis I

[*Canonem hunc omittit interpretatio Gallica, testibus codice* G *et epitome Hispana*]

Canon Neocaesariensis II

In synodo Niceno capitulum XLI

Mulier que duxerit duos fratres usque ad mortem abstineatur: in mortem uero propter misericordiam dabitur ei gratia; si uixerit, agat poenitentiam.

Canon Neocaesariensis III

[In synodo Niceno capitulum XLII] *Canonem hunc non laudat codex* G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Neocaesariensis IIII

In synodo Niceno capitulum XLIII

Si aliquis temptatus fuerit a desiderio mulieris ut habeat eam et ueniat ad eam, sin uero recogitauerit et non fecerit, saluatus erit a gratia.

Canon Neocaesariensis V

In synodo Niceno capitulum XLIIII

Si caticuminus intrauerit in dominicum, stet in locum suum, postea inuentus fuerit quia peccat, ex animo genua figens lacrimetur et peneteat: si autem iterum peccauerit, proiciatur de aecclesia.

Eiusdem epitome Hispana

LVI Mulier qui duos fratres maritos habuerit, uel unus qui duas sorores, usque ad mortem peneteat.

LXVII Qui multis nuptiis inruunt, penetentiam agant.

[*Canonem Neocaesariensem* IIII *omittit epitome Hispana: sed uide codicem* G (*col a*)]

LXVIII Caticuminus si peccauerit, peneteat: et post penitentiam si peccauerit, ab ecclesia abiciatur.

G XLI In Nic̄ cap xli G (*fol* 70 *b*)
XLIII In senodo Niceno cap xliii G (*fol* 54 *b*) 4. **a gratia** *scripsi* (*Gr* ὑπὸ τῆς χάριτος): ad gratiam G
XLIIII In Nic̄ cap xliiii G (*fol* 71 *b*) 2. **stet**: *fortasse praemittendum* et 3. **peccat ex** *scripsi*: peccat et ex G 4. **lacrimetur** G, *quasi e Gr* δακρυέσθω *pro* ἀκροάσθω

LVI: LVII Z 1. **duos** U Z: duo *h* U Z *h* maritus U 2. **qui** U: *om* Z *h* 3. **ad morte** U penedeat U* pen̄ *h*
LXVII: LXVIII Z 1. **inruunt** Z U[2]: inrunut? U* irruit *h* **penetentiam agant** Z: penet̄ U* (*add* agat *m* 2 *ut uid*) penitentiam agat *h*
LXVIII: LXVIIII Z 2. **penetea** U* pen̄ *h* pospenitentia. U **si peccauerit ab ecclesia abiciatur**: ad ecclesiam admitatur (*cet om*) *h* 3. eclaesia U

I

Interpretatio Gallica

Canon Neocaesariensis VI

[In synodo Niceno capitulum XLV]

Canonem hunc non laudat codex G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Neocaesariensis VII

[In synodo Niceno capitulum XLVI]

Item canonem hunc non laudat codex G, *sed uide epitomen Hispanam* (*col b*)

Canon Neocaesariensis VIII

In synodo Niceno capitulum XLVII

Si uxor laici fornicauerit et probatum fuerit, hic ad ministerium Dei accedere non potest. si autem dum ordinatus est fornicauerit, d*i*mittat eam; si coniuncxerit cum ea, amoueatur de ministerio.

Canones Neocaesarienses VIIII X

In synodo Niceno capitulum XLVIII

Presbiter si carnale peccatum habeat et promoueatur et confessus fuerit quia peccauit antequam ordinatus est, non offerat: si autem †alteri,† peccata dixerunt penitus manus inpositione d*i*mitti.

Similiter autem et diaconus si in ipso peccato inuentus fuerit, subdiac*oni* ordinem accipiat.

Eiusdem epitome Hispana

LXVIIII Mulier enixa si uoluerit percipere, percipiat.

LXX Presbyter bigamus non ordinetur.

LVIII Si alicuius laici uxor fornicata fuerit, in clero non admittatur: si de clero, dimittat eam.

LVIIII Presbyter diaconus si confessus fuerit criminale peccatum, non offerat; diaconus uero subdiaconus sit.

G XLVII **In synodo Niceno capitulum** XLVII *scripsi*: Canon Niceni cap xlvii G (*fol* 22 *b*) 4. **dimittat** *scripsi*: demittat G 5. **coniuncxerit**: *fortasse legendum* conuixerit *cum Gr* συζῇ 6. **amoueatur** *scripsi*: admoueatur G

XLVIII **In synodo Niceno capitulum** XLVIII *scripsi*: Item Niceno cap xlviii G (*fol* 22 *b*) 1. Prbt G 5. **alteri** G: *fortasse supplendum* alteriusmodi peccatum habuit offerat, cetera enim peccata *etc e Gr* μένων ἐν τοῖς λοιποῖς διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν· τὰ γὰρ λοιπὰ ἁμαρτήματα κ.τ.λ. **dixerunt** *scripsi e compendio* dixer̄ G (*Gr* ἔφασαν): dixerit *Maassen* 6. inpositionem G **dimitti** *scripsi* (*Gr* ἀφιέναι): demitti G 7. diac̄ G 8. **subdiaconi** *scripsi cum Maassen et Gr* τοῦ ὑπηρέτου: subdiac̄ G

LXVIIII: LXX Z 1. nixa U **uoluerit**: U Z *h* + communionem *h* percepere U

LXX: LXXI Z 1. Prb U Z[2] prbo Z* **bigamus** U[2]: uigamus U* uiganus Z pigamus *h*

LVIII: LVIIII Z 1. **Si** *usque ad* **in clero**: *om* Z laico? U* oxor U fornicauerit *h* 2. in clerum *h* **si de . . . eam**: *om h*

LVIIII: LX Z *In cod* U *nonnulla de hoc canone* (*offer*at, *sit*) *uix legi possunt* 1. Prb U **confessus fuerit**: conuersi fuerint *h* 2. offerant *h*

I

Interpretatio Gallica

Canon Neocaesariensis XI

In synodo Niceno capitulum XLVIIII

Presbiter ante XXX annos non ordinetur: etsi satis sapiens fuerit, sub oculis custodiatur. Dominus *enim* noster in XXX^{mo} anno baptizatus est, et sic coepit docere.

Canon Neocaesariensis XII

In synodo Niceno capitulum L

Si quis in ualitudine baptizatus fuerit, ad presbiterii dignitatem non potest uenire . . . fides illa data est sed ex necessitate: si forte postea fides et conuersatio eius probata fuerit, diaconus ordinetur.

Canon Neocaesariensis XIIII (XV)

In synodo Niceno capitulum LI

Diaconi tantum septem debent esse, si in grande est aecclesia: in Actibus apostolorum legimus apostolos sic ordinasse.

Eiusdem epitome Hispana

LX Presbyter ante XXX annos non ordinetur, aut certae sub oculo seruetur.

LXXI In necesse baptizatus non sit presbyter, nisi conuersatio eius probetur.

LXXII In grande ecclesia VII tantum sint diaconi.

G XLVIIII **In synodo Niceno capitulum** XLVIIII *scripsi*: In Nic̄ hr̄ xlviiii G (*fol* 21 *b*). *de* hr̄ *id est* hera (*scilicet* numerus *uel* capitulum) *uide Ducange s v* Aera 1. Prbt G 4. enim *scripsi*: autem G

L **In synodo Niceno capitulum** L *scripsi*: Item Nic̄ hr̄ l G (*fol* 21 *b*) 2. prbrii G 3. **fides illa** *usque ad* **probata fuerit diaconus ordinetur**: *haec postrema pars canonis* XII (*quam penitus neglexit Maassen*) *in cod* G *ad finem canonis* XIIII (*post uerba* apostolos sic ordinasse) *male transponitur: notaueris tamen nihil superesse quod Graecis* οὐκ ἐκ προαιρέσεως γὰρ *respondeat* illa *cod*: *fortasse legendum* illi (*Gr* ἡ πίστις αὐτοῦ) 4. **si forte . . . diaconus ordinetur** G, *sed collato graeco textu* (εἰ μὴ τάχα διὰ τὴν . . .) *et epitome Hispana* (*uide col b*) *legendum esse suspicor* nisi [*uel* ni] forte . . . probata fuerit (*omissis uocibus* diaconus ordinetur)

LI *Canonum* XIIII (XV) XIII *ordinem inuertit* G: In synodo Niceno capitul̄ li G (*fol* 27 *b*) 2. **si** G: *fortasse scribendum* etsi *cum Gr* κἄν 4. **ordinasse**: *de iis quae in cod* G *sequuntur uide supra ad can* XII *l* 3

LX: LXI Z *Item de hoc canone nonnulla* U Z *h in cod* U (annu*s non or*dinetur, ocul*o*) *uix legi possunt* 1. Prb U **ante**: autē *h* **annos** Z (*cum cod* G, *uide col a*): annorum *h* 2. oculis U^2 3. seruitur U*

LXXI: LXXII Z 1. In necessitate *h* 2. prb U prbo Z conuersio *h* 3. prouetur U

LXXII: LXXIII Z 1. eccl̄ Z **vii** U: septem Z *h* 2. sit U

I

Interpretatio Gallica

Canon Neocaesariensis XIII

In synodo Niceno capitulum LII

Presbiter de uilla, praesente episcopo aut presbitero ciuitatis, in aecclesia offerre non potest neque panem dare, nisi ubi solus uocatus fuerit.

G LII **In synodo Niceno capitulum** LII *scripsi*: In Nic̄ cap lii G (*fol* 22 *a*)
1. Prbt G   2. prbro G

Eiusdem epitome Hispana

LXI Presbyter de uilla in ciuitate absque iussione episcopi uel presbyteri non ministret nec offerat.

LXI: LXII Z   1. **Presbyter** (Prbr Z Pbr *h*) U Z *h* Z *h*: Prbi U   in ciuitatē U   2. prbi U   3. ministrent Z   offerent Z

De formis 'grados' 'partos' 'domos' **apud codices nostros in canonibus Ancyritanis**

1. *Vocis* gradus *accusatiuum pluralis numeri casum praebent interpretationes nostrae*

Prisca — *cann* xviiii *l* 5 (*p* 26), xx *l* 8 (*p* 26), xxii *l* 4 (*p* 27), xxiii *l* 8 (*p* 27), xxiiii *l* 8 (*p* 27)
Isidori antiqua — *cann* xx *l* 4 (*p* 106), xxi *l* 9 (*p* 108), xxiii *l* 5 (*p* 110), xxv *l* 8 (*p* 114)
Isidori uulgata — *cann* xx *l* 4 (*p* 106), xxiii *l* 5 (*p* 110)
Dionysii I — *cann* xviiii *l* 5 (*p* 107), xx *l* 9 (*p* 109), xxii *l* 5 (*p* 111), xxiii *l* 7 (*p* 113), xxiiii *l* 8 (*p* 115)
Dionysii II — *cann* xviiii *l* 5 (*p* 107), xx *l* 8 (*p* 109), xxiii *l* 7 (*p* 113), xxiiii *l* 8 (*p* 115)

formam gradus *adhibet maior pars codicum*; grados *nonnisi hi*

Prisca — *cod* I *semper*: *cod* J *can* xxiii *l* 8 (*ubi, consentientibus ambobus codicibus, in textum necessario recepi*)
Isid-ant — *cod* ϝ *can* xx *l* 4, *can* xxv *l* 8: *cod* G *can* xx *l* 4 (*exstat hic tantum*)
Isid-uulg — *codd* ϒ *u can* xx *l* 4: *codd* Θ V F Z *can* xxiii *l* 5
Dion I — *cod* B *can* xviiii *l* 5
Dion II — *cod a semper*: *cod* Cr-w* *ter* (*excepto scilicet can* xxiii *l* 7); *cod* β* *can* xxiii *l* 7: *cod* γ *can* xxiiii *l* 8

uide etiam Rönsch Itala und Vulgata *p* 261; *Neue-Wagener* Formenlehre der lateinischen Sprache[3] i 781 (*laudat ex ethnicis nonnisi duo exempla, ex ecclesiasticis Itinerarium Burdigalense, Sulpicium Seuerum* Vita S. Martini, *Sermonum Arrianorum fragmenta, codicem Bezae* [*Act* xii 10]).

2. *Vocis* partus *idem casus inuenitur apud Isid-ant et Isid-uulg can* xxi *l* 2 (*p* 106; *necnon in eiusdem canonis titulo secundum codd* C **S** **v**, *p* 42); *apud Dion* I *et* II *can* xx *tit et l* 2 (*p* 107; *necnon in indice titulorum p* 43).

formam partos (*quam in textum nusquam recepi, quamuis apud Isid-uulg codices et multi et antiqui ei suffragentur*) *adhibent apud Isid-ant codd* ϝ R; *apud Isid-uulg codd* Θ ϒ C S X Y F *f*, *et in titulo* (*p* 42) *cod* X; *apud Dion* II *cod a* (*tit p* 43, *tit et l* 2 *p* 107), *cod* β* (*tit et l* 2 *p* 107), *cod* γ (*l* 2 *p* 107). *de hac forma silent libri grammatici.*

3. *Contra formarum* domos domus *crebra est uarietas. exempla apud codices nostros habes Isid-ant can* xxiiii *l* 2 (*p* 112); *Isid-uulg can* xxiiii *ll* 4 6 (*p* 112); *Dion* I *can* xxiii *ll* 3 6 (*p* 113); *Dion* II *can* xxiii *l* 3 (*p* 113). *interpretationis Dion* I *codices ambo* domus *bis praebent: alibi tamen formam* domos *in textum recepi, codices hos secutus* (1) *Isid-ant codd* ϝ Λ W; (2) *Isid-uulg l* 4 *codd* V C K X Z F *f* (domibus Θ **Q**), *l* 6 *codd* V C K (*deficientibus* F *f*); (3) *Dion* II *codd ut uidetur omnes.*

ADDENDA

siue adnotatiunculae apparatui critico minus propriae

(*De formis* grados partos domos *uide sis paginam praecedentem*)

De uocibus 'digamus' et 'bigamus'

1. *Qui latine loquebantur neque* digamus *neque* bigamus *dicebant, sed circuitu per* περίφρασιν *agendum erat* ('qui secunda matrimonia contraxerunt' *uel similia*).

(*a*) *exempli gratia habes leges Romanas:*

Valentinianus Valens Gratianus (A. D. 371: Cod. Theodosianus III vii 1) 'uiduae intra uicesimum et quintum annum degentes . . . in secundas nubtias non sine patris sententia conueniant.'

Gratianus Valentinianus Theodosius (A. D. 381: Cod. Theodos. III viii 1) 'si qua ex feminis perdito marito intra anni spatium alteri festinarit innubere . . .': *iidem anno sequenti* (ib III viii 2) 'feminae quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas transierint nubtias . . .'

Arcadius et Honorius (A. D. 398: Cod. Theodos. III viiii 1) 'statim post secundas nubtias mulieri uolumus inminere iacturam . . .'

Honorius et Theodosius II (A. D. 412: Cod. Theodos. III viii 3) 'mulieres . . . etiamsi ad secundas nubtias . . . forte migrauerint . . .'

item ipsius Codicis Theodosiani (A. D. 438) *tituli* III viii 'De secundis nubtiis,' III viiii 'Si secundo nubserit mulier, cui maritus usumfructum reliquerit.'

(*b*) *similiter nonnulli e scriptoribus ecclesiasticis:*

Ambrosiaster in 1 Cor vii 40 'a deo primae nuptiae sunt, secundae uero permissae sunt': in 1 Tim iii 2 'quamuis secundam numero uxorem non sit habere prohibitum, ut tamen quis dignus ad episcopatum sit, etiam licita debet spernere.'

S. Ambrosius Mediolanensis ep. lxiii § 64 'cognoscamus . . . patres in concilio Nicaeni tractatus addidisse neque clericum quemquam debere esse qui secunda coniugia sortitus sit' (*respicit, ut uidetur, sanctus doctor canonum interpretationem Gallicam; confer epitomen eius pp* 9, 13 *supra*: 'XLVIIII Duplicati matrimonium in clero non admitendi,' 'LXX Presbyter bigamus non ordinetur'): de Officiis i 50 § 257 'in ipso ergo coniugio lex est non iterare coniugium nec secundae coniugis sortiri coniunctionem.'

Concilium Toletanum (A.D. 400) can. IIII 'subdiaconus autem defuncta uxore si aliam duxerit . . . remoueatur . . . qui uero tertiam (quod nec dicendum aut audiendum est) acceperit, abstentus biennio postea inter laicos . . . communicet.'

Innocens I *papa Romanus* ep. ii, ad Victricium (A. D. 404) § 6 'ne is qui secundam duxerit uxorem clericus fiat.'

Leo I *papa Romanus* ep. iv (Vt nobis gratulationem: A. D. 443) § 2 'quosdam etiam quibus fuerint numerosa coniugia . . . ad sacrum ordinem . . . fuisse permissos': ep. xiv (Quanta fraternitati tuae: A. D. 446) § 3 'secundae coniugis maritus': ep. clxvii (Epistolas fraternitatis tuae: A. D. 458 *uel* 459) inquisitio 6 'duplicatio coniugii.'

Statuta ecclesiae antiqua (*Caesario Arelatensi fortasse tribuenda*) i 'si secunda matrimonia non damnet,' lxviiii 'eum qui uiduam aut repudiatam uxorem habuit aut secundam.'

2. *Iam autem qui primus fere religionem Christianam indies crescentem, graecis usque ad id temporis incunabulis inuolutam, latino uestire indumento conatus est, Tertullianum dico, tamquam utriusque linguae peritus patrii sermonis egestati e diuitiis graecorum medebatur. qui cum in tribus tractatibus de secundo matrimonio dissereret—scilicet* ad uxorem, *quem adhuc catholicus scripsit*; de exhortatione castitatis, *in quo Priscae prophetias laudat*; de monogamia, *ubi plenam spirat Montani doctrinam—non solum omnes latinorum suorum locutiones repetebat* ('unicae nuptiae' 'secundae nuptiae'; 'unae nuptiae' 'duae nuptiae': 'unum matrimonium,' 'matrimonia duo,' 'secundi matrimonii immo et plurimi' (monog. 11), 'et tertio et quarto et usque septimo forsitan matrimonio' (monog. 16), 'duplex matrimonium,' 'matrimonii iteratio'; 'iterare coniugia' 'iterare connubium'; 'duabus maritari,' 'nubere semel,' 'denuo nubere'), *uerum etiam alia et noua temptabat tum latina tum graeca:*

(*a*) *latina.* 'matrimonii indiuiduitas' (monog. 5): 'numerosus maritus' (monog. 8): 'unio coniugii' (monog. 4): 'uniuira' (ad ux. i 7, monog. 8, 17: 'uniuira' 'unouira' 'uniuiria' *nonnumquam in syllogis epigraphicis inuenies*): 'uniuiratus' (ad ux. i 8, ii 1): 'uniiugus' ('habes et Ioseph uniiugum' monog. 6).

(*b*) *graeca.* 'digamus' ad ux. i 7: monog. 6, 8, 12, 17. 'monogamia' exh. cast. 1, 5: monog. *tit. et passim.* 'monogamus' monog 5, 6, 8, 11, 12. 'digamia' monog. 6. [*nusquam quod sciam inuenitur* 'trigamus' 'trigamia,' *quamquam graece Hippolytus* Philos. ix 12, *fol* 115 *a*, *habet* δίγαμοι καὶ τρίγαμοι].

pauca e plurimis laudare sat est:

ad uxorem i 7 'quantum obstrepant sanctitati **nuptiae secundae**, disciplina ecclesiae et praescriptio apostoli declarat, cum **digamos** non sinit praesidere, cum uiduam adlegi in ordinem nisi **uniuiram** non concedit.'

de exhort. cast. 1 'prima species est uirginitas a natiuitate; secunda, uirginitas a secunda natiuitate, id est a lauacro . . . tertius gradus superest **monogamia**.' ib 5 'de **uno matrimonio** censemur utrobique, et carnaliter in Adam, et spiritaliter in Christo. duarum natiuitatum unum est monogamiae praescriptum: in utraque degenerat is qui de **monogamia** exorbitat. **numerus matrimonii** a maledicto uiro coepit: primus Lamech **duabus maritatus** tres IN VNAM CARNEM effecit.'

de monogamia 6 ‘ non placent quibusdam monogami parentes Adam et Noe . . . ad Abraham denique prouocant . . . cognoscitis nempe quia qui ex fide isti sunt filii Abrahae. quando CREDIDIT ABRAHAM DEO ET DEPVTATVM EST EI IN IVSTITIAM ? opinor, adhuc in **monogamia**, quia in circumcisione nondum. quodsi postea in utrumque mutatus est, et in **digamiam** per ancillae concubinatum et in circumcisionem per testamenti signaculum . . . si posteriorem Abraham patrem sequeris, id est **digamum**, recipe et circumcisum : si reicis circumcisum, ergo recusabis et **digamum** . . . **digamus** cum circumcisione esse orsus est, **monogamus** cum praeputiatione. recipis **digamiam** ? admitte et circumcisionem. tueris praeputiationem ? teneris et **monogamiae** . . . **monogami** Abrahae filius es . . . si **digamiam** tibi intuleris, non es illius Abrahae filius cuius fides in **monogamia** praecessit.’ 7 ‘ denique prohibet eadem [*sc* lex Mosaica] sacerdotes **denuo nubere** . . . sacerdotes sumus a Christo uocati, **monogamiae** debitores.’ 8. ‘ et Christum quidem uirgo enixa est, semel nuptura post partum, ut uterque titulus sanctitatis in Christi censu dispungeretur, per matrem et uirginem et **uniuiram**.’ ib ‘ Petrum solum inuenio maritum per socrum, **monogamum** praesumo per ecclesiam, quae super illum aedificata omnem gradum ordinis sui de **monogamis** erat collocatura.’ 11 ‘ ex hoc capitulo [1 Cor vii 39] defendunt licentiam **secundi matrimonii** (immo et plurimi, si secundi) . . . si **secundas nuptias** permittit, quae ab initio non fuerunt, quomodo adfirmat omnia ad initium recolligi in Christo ? si uult nos **iterare coniugia**, quomodo SEMEN nostrum IN ISAAC **semel marito** auctore defendit ? quomodo totum ordinem ecclesiae de **monogamis** disponit, si non haec disciplina praecedit in laicis ex quibus ecclesiae ordo proficit ?’ 12 ‘ quot enim et **digami** praesident apud nos, insultantes utique apostolo ?’ 14 ‘ noua lex abstulit repudium . . . noua prophetia **secundum matrimonium**.’

3. *S. Hieronymus in prioribus scriptis, Ciceronianus adhuc, latina tantum uerba agnoscit ; cum tamen aduersus Iouinianum de uirginitate et nuptiis sententias contenderet, Tertulliani et argumentandi et loquendi rationem imitatus est. exempla habes :*

A.D. 384, ep. xli ad Marcellam (*de Montanistis*) § 3 ‘ nos **secundas nuptias** non tam adpetimus quam concedimus . . . illi in tantum putant scelerata **coniugia iterata**, ut quicumque hoc fecerit adulter habeatur.’

A.D. 393, ep. xlviii ad Pammachium (*de tractatu suo aduersus Iouinianum scripto*). § 3 ‘ uirgines et continentes, **mariti** quoque et **digami**.’ § 8 ‘ rursus **monogamiam digamiae** comparat [*sc* apostolus], et quomodo nuptias subdiderat uirginitati ita **digamiam nuptiis** subicit.’ ib ‘ de **secundo** hic et de **tertio** et **quarto** (si libet) **matrimonio** disputauimus, non de **primo** . . . cum omnis nobis quaestio de **digamia** et **trigamia** fuerit . . . non damno **digamos**, immo nec **trigamos** et, si dici potest, **octogamos**.’

A.D. 394, ep. lii ad Nepotianum (*de uita clericorum et monachorum*). § 16 ‘ qui de **monogamia** sacerdos est, quare uiduam hortatur ut **digama** sit ? ’

conferas etiam Pelagium (*secundum lectiones codicis Karoliruhensis* Aug. cxix, *cuius lectiones humanissime mecum communicauit A. Souter*) in 1 Cor vii 40 ‘ hinc incipit de **digamis** et uiduis . . . conceduntur illi etiam **secundae nuptiae** ’ ; in 1 Tim iii 12 ‘ non ut si non habuerint ducant, sed ne duas habuerint : si enim digniorem facit uxor, cur non magis et **digami** et **trigami** ordinentur ? ’ : *et Caelestinum papam* ep ii, ad episcopos Prouinciae (*anno* 428) § 6 ‘ nullus ex laicis, nullus **digamus**, nullus qui sit uiduae maritus aut fuerit, ordinetur.’

4. *Graecas igitur uoces* digamus digamia, monogamus monogamia, *ineunte tertio saeculo primum apud sermonem christianorum latinum inductas, ante finem saeculi quarti ius ciuitatis ibi accepisse satis apparet. e contrario* bigamus, *hybrida, ut ita dicam, ex origine et uernacula et peregrina deriuata, ante initium quinti saeculi exstitisse certis indiciis colligi non potest.*

primus quod sciam adhibuit anno 414 *Innocens papa* ep. xxii, ad episcopos Macedoniae § 2 ‘ deinde ponitur [*sc in epistula ad Innocentem data*] non dici oportere **bigamum** eum qui catechumenus habuerit atque amiserit uxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus.’ *item anno* 418 *Zosimus papa* ep. i, ad Hesychium Salonitanum § 3 ‘ hac tamen lege seruata, ut neque **bigamus** neque paenitens neque uiduae maritus ad hos gradus possit admitti ’ (*quae omnia e Zosimo repetit Sacramentarium Gelasianum* I xcv, *ed. H. A. Wilson, p* 144).

alium e quinto saeculo testem non habeo nisi epistulam Lupi Trecensis et Euphronii Augustodunensis Talasio Andegauensi datam (*Labbe-Coleti* Concilia V 71, *Mansi* Concilia VII 942) ‘ de clericis uero **bigamis** usque ad ostiarios ecclesia permittit et patitur.’

quod ad concilii Valentini canonem 1 *attinet, fluctuant codices inter* digamus *et* bigamus ; *sed cum concilium istud iam anno* 374 *celebratum sit, iure editores* digamus *praetulerunt* : ‘ neminem . . . de **digamis** aut internuptarum maritis ordinari clericum posse.’

5. *His omnibus satis congruum est codicum nostrorum testimonium, uidelicet in canone Nicaeno* VIII διγάμοις κοινωνεῖν, *Ancyritano* XVIIII [XVIII] τὸν τῶν διγάμων ὅρον, *Neocaesariensi* VII εἰς γάμους διγαμούντων, μετάνοιαν αἰτοῦντος τοῦ διγάμου : *adde sis titulum* XVII *Canonum Apostolorum. quae quartum sapiunt saeculum interpretationes, scilicet canonum Nicaenorum Ingilrami et Gallica, antiquum sequuntur morem* : ‘ secundis nuptiis communicent ’ ‘ his qui secundas nuptias cognouerunt communecent ’ (*uide tom* I *pp* 125, 202). *quae omnium postremae sunt, Prisca et Dionysianae, plerumque* bigamus *introducunt* : *Can Apost tit* XVII (I *pp* 4, 15), *Nic* VIII (I *pp* 125, 262), *Anc* XVIIII [XVIII] (*infra pp* 26, 105), *Neoc* VII (*Prisc et Dion* II, *infra pp* 30, 127 : digamus *tamen Dion* I, *cum codd* *j* l Dion* II). *ceterae interpretationes quinto saeculo fere referendae sunt, et utrumque loquendi morem miscent atque confundunt.* ‘ *Isidorus* ’ *enim, qui Romae inter annos* 419 *et* 451 *in interpretandis conciliis elaborauit, scribit tum* ‘ secundas nuptias’ (I *p* 203, *inf p* 126) *tum* ‘ digamorum ’ *uel* ‘ bigamorum ’ (*inf p* 104 *col a* : *fluctuant etiam uulgatae recensionis codices inter* ‘ digamos ’ *et* ‘ bigamos,’ *sed additamento adiecto* ‘ id est qui ad secundas nuptias transierunt ’). *primus Atticus anno* 419 *codicum consensu omnium* ‘ bigamus ’ *scribebat* (I *p* 124) : *de aetate enim epitomes Gallicae* (‘ bigamus ’ *pp* 9, 13 *supra, deficiente utrobique ipsa interpretatione Gallica*) *dubitari potest. sane si recte textum Caeciliani constitui* ‘ communicare bigamis ’ (I 124), *antiquius habeas testimonium : sed* ‘ dygamis,’ *opinor, debueram cum codd* ϝ W *legere. de textu* ‘ *Isidori,*’ *p* 104 *infra, diu haesitaui, in Isid-ant enim codices bonae notae* ϝ W, *in Isid-uulg codices optimae notae* Θ V **F**, *praebent* ‘ bigamorum ’ ‘ bigamos ’ : *ueri similius tamen uisum est* digamus *in* bigamus *esse deprauatam, antiquiorem uocem in recentiorem, quam* ‘ bigamus ’ *in* ‘ digamus.’

CONCILIA
ANCYRITANVM ET NEOCAESARIENSE
CAPITVLA PRAEFATIO CANONES
NOMINA EPISCOPORVM

II

INTERPRETATIO QVAE DICITVR PRISCA

I **Codex Ingilrami Teatini nunc Vaticanus Reginae** 1997 : saec. viii–ix [foll. 1 *b*, 5 *a*
J **Codex Christophori Justel nunc Oxoniensis Bodleianus e Mus.** 101 : saec. vi–vii : nonnulla e Dionysio mutuatur, uide titt p 18 Ancyritanos x (xiiii ?) xviiii, p. 28 tit Neocaesariensem xii [foll. 1 *a*, 8 *a*
Ediderunt Chr Justel Bibliotheca Iuris Canonici Veteris (*Lutetiae* A.D. 1661) I 277 *e cod* J, *et fratres Ballerini* S. Leonis Magni Opera III (*Venetiis* A.D. 1757) 481 (= *Migne* Patrologia Latina lvi 747) *post Justel, habita etiam interdum (non tamen tam frequenter ut oportuit) ratione codicis* I

[IN NOMINE DOMINI]

INCIPIT TITVLI CANONVM ANCYRENSIVM

I De praesbyteris qui inmolauerunt in persecutione.
II De diaconibus qui inmolauerunt.
III De his qui per ui paganizauerunt.
IIII De his qui multifariae cum paganis conueniunt.
V De his qui timori paganizauerunt.
VI De his qui in idolorum loca comederunt.
VII De his qui saepius immolauerunt.
VIII De his per quos et alii coacti immolauerunt.
VIIII De diaco*nibus* qui in ordinatione de nubtiis contestati sunt.

I J IN NOMINE DOMINI I : *om* J
TITVLI I : CONSTITVTA J ; CAPITVLA *coniecerunt* Ball, *cf p* 28
II **diaconibus** I : diaconi J **qui inmolauerunt** : similiter I, *sed cf can* ii *p* 20
III **per ui** I, *cf can* vii *l* 2 (*p* 22 *infra*) : per uim J **paganizauerunt**, *cf tit* v *et can* v *l* 2 *p* 22 : *uerbum alibi non inueni ante saeculum octauum*
IIII **qui . . . conueniunt** : qui * idolotitum manducauerunt I, *fortasse recte, sed cf can* iiii *p* 21
V per timorem I, *sed cf can* v *p* 22 **paganizauerunt** I : lapsi sunt J, *sed cf p* 22
VI **idolorum loca** I : idolis J : *fort leg* idoliis, *sed cf can* vi *p* 22 comedunt J
VII **saepius** : se pessime (*sc* saepissime) I
VIII De his qui et alios suadent idolis immolarent J, *sed cf can* viii *p* 23
VIIII **diaconibus** : diacō I his J, *sed cf can* viiii *p* 23 **de nubtiis . . . sunt** : nubtias contestantur J, *sed cf p* 23

I J ANCYRENSIVM I
I praesbiteris I immolauerunt I
VIIII nuptiis I

II (**Prisca**)

X De puellis quae sponsatae sunt et ab aliis stupratae.

XI De cathecuminis praeuaricatis.

XII Vt nullum liceat ordinare corepisc̄.

XIII De clericis qui abstinent a carnibus.

XIIII De his qui in opus ecclesiae uenundantur.

XV De his qui in animalibus sunt fornicati.

XVI De his qui *in* animalibus *uel* in masculis *aut* corrupti sunt aut corrumpunt.

XVII De ordinatis episcopis et non susceptis.

XVIII De his qui uirginitate promittunt et quasi sororibus fingunt commorare.

XVIIII De his qui inuicem adulterantur.

XX De eas qui [ex fornicatione] natos interficiunt.

XXI De homicidiis.

XXII De extra uoluntate homicidio.

XXIII De filactericis uel diuinis.

XXIIII De consciis corruptionis uirginum.

[EXPLICIT CAPITVLA CANONVM ANCYRENSIVM

INCIPIT CONSTITVTA EIVSDEM CONCILII]

Isti canones priores quidem sunt Nicaenis canonibus expositis : sed [tamen] Nicaeni primo scripti sunt propter auctoritatem sanctae et magnae synodi quae facta est in Nicaea.

X De disponsatis puellis et ab aliis corruptis (=*Dion*, *p* 39 *infra*) J

XI **praeuaricatis** I : lapsis J (*fortasse e Dionysio, uide canonis Nicaeni* xiiii *titulum*, *tom* 1 *p* 251)

XII De corepiscopi (*tantum*) I

XIII **clericis** I : his J

XIIII De distrahentibus res eclesiasticas (*cf Dion*, *p* 41 *infra*) J

XV **sunt fornicati**: coierunt J, *sed cf can* xv *p* 25

XVI **De his qui . . . corrumpunt** *scripsi cum can* xvi *p* 25 : Vt supra aut in masculis uel corrupti sunt aut corrumpunt J De his qui cum masculis animalibus faciscunt (*de uoce* faciscunt *pro* fraciscunt *uide can* xvi *l* 2, *p* 25) I

XVII De ordinati episc̄ et non suscepti J

XVIII **uirginitate** *codd*: *legendum fortasse* uirginitatem *uel* uirginitati se (*cf p* 26) **quasi**: *om* I, *sed cf can* xviii *p* 26 **fingunt commorare** I (*de forma actiua* commorare *uide Neue-Wagener*[3] iii 66): commorantur J, *sed cf p* 26

XVIIII Qui adulteras habent uxores (*cf Dion*, I J *p* 43 *infra*) J

XX **eas** I, *cf can* xx *p* 26 : his J **ex fornicatione** J, *cf p* 26 : *om* I *tr* interficiunt natos J

XXII **extra** : non I, *sed cf can* xxii *p* 27

XXIII **De filactericis uel diuinis** I : De diuinantibus uel maleficiis J

XXIIII **De consciis corruptionis** *scripsi*, *cf p* 27 : De conscii corruptionis J De corruptores I

EXPLICIT . . . CONCILII J : *om* I, *cf p* 27

Hanc praefatiunculam habent etiam codd **S v** (*uide p* 48), *qui in omnibus cum* J *potius quam cum* I *consentiunt*

tr sunt canones priores quidem I **expositis** (τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων *Gr*) J **S** *u* : expositi I *v* ; *om w* **tamen** : *om* I **scripti** I (*scilicet* 'scripti' *ad caput sylloges canonum Graecae, cf Isid et Dion* II *pp* 48 49): accepti J **S v** **sanctae et magnae synodi quae facta est in Nicaea** I : sancti et magni concilii quod (que *u w*) factum est in Niciam (Nicea *w*) J **S v**

XVII **hordinatis** I

1. nicenis I Y 2. kanonibus Y expostis J I J 3. niceni Y 4. autoritatem S 6. Nice. Y Z^2 *u v*

II (Prisca)

CANONES CONSTITVTI A SANCTIS PATRIBVS QVI CONGREGATI SVNT PER SANCTVM SPIRITVM IN CIVITATE ANCYRENSE

TITVLI XXIIII

I De praesbyteris qui inmolauerunt in persecutione.

Praesbyteri qui inmolauerunt et iterum resipuerunt et reluctauerunt, neque per remedium aliquem sed ex ueritate, neque ante per conpositum ea quae egerunt firmantes, ut ostenderent se quasi suppliciis missos, ut uideantur et credantur per scemate offerri eis; istos placuit honorem quidem quae secundum cathedram habere, offerre autem eos aut *t*ractare aut agere aut sacro ministerio ministrare non liceat.

II De diacones qui immolauerunt.

Diacones similiter qui immolauerunt et post hoc resipuerunt, dignitatem quidem suam habere, et cessare eos a sacro ministerio panis et calicis, non portare neque praedicare. si autem aliqui episcoporum, istorum scientes laborem aut humilitatem mansuetudinis habere, uoluerint plus aliquid dare aut minuere, in eorum esse potestatem.

III De his qui in fuga tenti et per uim paganizauerunt.

Qui fugientes tenti sunt aut a domesticis suis traditi sunt aut substantia sua perdiderunt, passos autem supplicia aut in carcere missos clamantes christianos se esse tentos adque in manibus †ferro† uiolenter mittentes, et escam paganis*mi* necessitate acceperunt, con-

---

I J *tr* SVNT CONGREGATI I TITVLI: *praem* ID EST I, *sed cf p* 28 XXIIII: VIGINTI QVATTVOR I

1 **persecutione**: + reluctauerunt (*iniuria ut puto transpositum, uide l* 2 *inf*) I 1. **Praesbyteri** I: praebb J, *unde forsitan* praesbyteros *legendum sit cum Gr* πρεσβυτέρους (*cf Isid p* 54 *col b*) 2. resipiscerunt J **et reluctauerunt**: *om* I, *sed uide ad titulum supra* *tr* neque reluctauerunt J 3. **remedium** (*Gr* μεθόδου, *sc* circumuentionem): *ita ueteres interpretati sunt* μεθοδία Eph. iv 14, vi 11, *uide Rönsch* Itala und Vulgata *p* 323 8. **eis** I: seis J (*fort leg* se eis) **istos** I (*Gr* τούτους): de istis J 9. **quae** I (*Gr* τιμῆς τῆς κατά): *om* J 10. **habere**: *praem* eos (*uide l* 8) J 11. **tractare** *conieci* (*Gr* ὁμιλεῖν): praecare J pactere *ut uid* I* patere I²; pascere *coniec Ball, sed mihi magis placet uel* tractare *uel* praedicare (*cf can* ii *l* 5)

II **De diacones** I: De diaconi J 1. **Diacones** (Diacc̄ J) . . . **immolauerunt**: *om* I *per homoeoteleuton* 2. **post hoc** I (*cf can* viiii *l* 4: *Gr* μετὰ ταῦτα): postea J resipiscerunt (*ut in can* i) J 3. dignitate J 6. **praedicare** I (κηρύσσειν *Gr*): ministrare J 7. **istorum** I (*Gr* τούτοις): ipsorum (*sc* episcoporum) J **laborem aut** I (*Gr* κάματόν τινα ἤ): laborare eos J 8. **humilitatem** J (*Gr* ταπείνωσιν): humanitatem I 9. uoluerunt I **dare**: + eis J **aut** I: uel J 10. potestate I

III **in**: *om* I 1. ad domesticis I 2. **sunt**: *om* I 3. **substantia sua** (*Gr* τὰ ὑπάρχοντα) *codd*: *tamen cum in* v *l* 2 *gracco* τῶν ὑπαρχόντων *respondeat* substantiae, *fortasse et hic legendum* substantiam suam 6. †**ferro**† *codd*: *lectionem corruptam esse suspicor*; εἰς τὰς χεῖρας πρὸς βίαν ἐμβαλλόντων τῶν βιαζομένων *Gr* 7. **paganismi** *scripsi, scribit enim* paganis *pro* paganismum *cod* J *can* iiii *tit* (*uide infra*): paganis I cum paganis (*fortasse recte*) J

I J 1 praesbiteris I immolauerunt (*tit et l* 1) I 1. praebb J praesbiteri J 5. aegerunt I 8. scematae J scaemate I offeri J

II 1. diacc̄ 6. aepiscoporum I

III 6. atque I 8. acciperunt I

II (Prisca)

fitentes quia sunt christiani, et luctum de hoc quod euenit semper ostendentes cum omni humilitate et scemate bonitatis et saeculi huius humilitate; istos quasi foris a peccato factos de communione non priuari. si autem priuati sunt ab aliquibus ut possent plus probari, et ab aliquos †. . . †, mox suscipi. haec autem similiter aput clericos et laicos. discussum est ut, si possibile, et laici tali necessitate subiecti ad prouectionem honoris possunt uenire? placuit ergo et istos quasi nihil peccantes (ut antea inueniatur recta uita eorum) ad ordinationem uenire cleri.

IIII De his qui multifariae paganismum egerunt.

De his qui per uim immolauerunt, qui et aput idolis cenauerunt, quanti et scemate inlustri ascenderunt et ueste usi sunt praetiosa et acceperunt ex praeparata cena diuers*e*, placuit

14. de communionem J 16. possint I **ab aliquos †. . . †**: *lacunam notaui, eo quod excidisse uidetur* propter ignorantiam *uel similia*: *Gr* ἢ καὶ τινῶν ἀγνοίᾳ 18. cleros J* **et** I (*Gr* καί): uel J 23. **ut** *conieci, quasi dicatur 'eo pacto ut'*: aut *codd*

IIII **paganismum egerunt** I (*uocem* paganismus *primus quod sciam adhibet M. Victorinus Afer* in Gal iv 9 'reprehendit illos etiam ad paganismum esse conuersos'): aegerunt paganis J 1. **De his** (περὶ τῶν *Gr*): *om* J 2. **quanti** J (*Gr* ὅσοι): qui et ante I 3. **inlustri** I (*Gr* φαιδροτέρῳ): inlustrati J 5. **diuerse** *scripsi cum Gr* ἀδιαφόρως (διαφόρως): diuersi J diuersis I

10. eueni I 12. scematae J scaematae I 18. apud I 20. tale J 22. **istos**: stos J IIII aegerunt I 2. apud I caenauerunt I 3. scematae J scaematae I 5. caena I

eos audir*e* et subiacere eos tres annos, orationi simul communicare eos biennio, et sic ad perfectum uenire. quanticumque uero ascenderunt cum ueste in luctu, et recumbentes comederunt cum tristitia et lacrimis, si conpleuerint subiectum triennium, sine oblatione recipiantur. si autem non ederunt, biennio subiecti sint et tertio anno communicent sine oblatione, ut perfect*um* quarto anno accipiant: episcopi autem habere potestatem, mores conuersionis eorum probantes, humaniter *agere* aut amplius addere tempus: †obiens† autem et uita qui anteced*i*t et qui sequitur probatur, et sic humanitas supernumeretur.

6. **audire** (audiri I) **et subiacere eos** I: I J *om per homoeoteleuton* J; *Gr* ἔδοξεν ἐνιαυτὸν ἀκροᾶσθαι καί, *sed pro* ἐνιαυτόν *legit fortasse* αὐτούς *noster* 9. **quanticumque**: *incipit can* V *Gr*; *cum Prisca consentiunt Dion* I II (*necnon Isid-uulg codd* **S v**, *qui tamen Priscam fortasse secuti sunt*) 10. cum ueste et in luctu I (*sed* μετὰ ἐσθῆτος πενθικῆς *Gr*) 11. tristitiam J 12. **si**: sic I conpleuerunt I 12. **subiectum** *codd*: *fortasse legendum* subiecti *ut in l* 14, *sed Gr* τὸν τῆς ὑποπτώσεως τριετῆ χρόνον 14. **non**: *om* J 15. **sint**: sunt J 16. **perfectum** *conieci e Gr* τὸ τέλειον: perfecti *codd*: *archetypus ut conicio* perfecī 17. **episcopi** *codd*: *e Gr* τοὺς δὲ ἐπισκόπους *forte coniciendum* episcopos (episc̄c̄) 20. **agere** *suppleui e Gr* φιλανθρωπεύεσθαι: *om codd* 21. **obiens** *codd*: *Gr* πρὸ πάντων: *interpres aut scripsit* omnimodis *uel* omnino, *aut* απαντων *ex* ἀπαντάω *male intellexit* **antecedit** *scripsi*: antecedet *codd* 22. probatus J **et** 2° J (*Gr* καί): ut I

8. bennio J* 14. aederunt I 21. antecedet I J I J

II (**Prisca**)

V De his qui timori paganizauerunt.

De his qui per minas et timorem paganizauerunt, per supplicia et substantiae perditionis aut transmigrationis immolauerunt, et usque ad praesente tempore non penituerunt neque conuerterunt, et nunc extra tempore synodi supplicantes et in sensum conuersionis uenientes; placuit eos usque ad maiorem diem ad audientiam suscipi, et post maiorem diem subiacere triennio, et postea communicare sine oblatione, et sic uenire ad perfectum, ut tempus sex annorum conpleant: si autem aliqui ante synodum suscepti sunt ad penitentiam, ab illo tempore numerari eis principium annorum sex. si autem aliqui periculus *et* mortis expectatio ab infirmitate aut alterius occasionis, oportet istos sub hora suscipi.

I J V **timori paganizauerunt**: *in ras* I (*sed m p*) 1. **per**: propter I 3. **perditionis aut transmigrationis** *codd*: *genitiuus e Graeco fonte pendet* ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων ἢ μετοικίας 6. conuersi sunt J 7. **et in . . . uenientes**: *om per homoeoteleuton* J 13. ueniret I 18. **aliqui** J (*Gr* τις): *om* I **et**: *suppleui e Gr* καί: uel *Ball*: *om codd* 19. **alterius occasionis**: *genitiuus*, *ut supra*, *e Graeco* ἐκ νόσου ἢ ἄλλης τινὸς προφάσεως 20. **oportet** *codd*: *Gr* συμβαίη, *quod tamen cum praecedentibus* (κίνδυνος κ.τ.λ.) *coniungi haud intellexit interpres* **sub hora**: *sed Gr* ἐπὶ ὅρῳ, *non* ἐπὶ ὥρᾳ 21. **suscipi** J (*Gr* δεχθῆναι): suscipere I

I J V pagan|nizauerunt I 5. paenituerunt I 14. compleant I 16. paenitentiam I 18. periculos I 21. ora I

VI De his qui in idolorum loca comederunt.

De his qui simul edunt in festiuitate in locis abominandis gentilium et suam escam, defendentes pollutam, comederunt; placuit eos biennio subiacere et sic suscipi, quia oportet post oblationem unumquemque episcopum probare et uitam singulorum cognoscere.

VII De his qui saepius immolauerunt.

Qui secundo et tertio immolauerunt per ui, quattuor annis subiaceant et duo sine oblatione communicent et septimo ad perfectum suscipiantur.

VI comedunt J, *cf tit p* 18 1. **qui**: quae I **simul edunt** I (*Gr* τῶν συνεστιαθέντων): *tr post* gentilium J **in festiuitate in locis** *scripsi* (*Gr* ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ ἐν τόπῳ): festiuitati in locis I in festiuitate locis J 3. **defendentes . . . subiacere**: de subiacere (*omissis fortasse duabus lineis*) I. *uocabulum* defendentes *si cum* pollutam *construxeris—quasi* reicientes pollutam—*sensum Graeco congruentem inueneris*: deferentes (*collato Gr* ἐπικομισαμένων) *coniecerunt Ball*, *ita ut legatur* suam escam deferentes, pollutam comederunt, *quae sententia toti canonis huius rationi contraria est*; *cui* deferentes *legere placet*, *necesse est uocem* pollutam *omittat* 5. **oportet**: + et I 6. **post oblationem** *codd*: *sed Gr* μετὰ τῆς προσφορᾶς, *non* μετὰ τὴν προσφοράν **episcopum**: + eos J 8. **cognoscere** I: agnoscere J

VII **saepius**: * multotiens I: *habebat fortasse in exemplari suo* se pessime *—uide titulum p* 18*—scriba codicis* I: *quae cum non intellexisset, aliquid canoni magis congruum inseruit* 2. **per ui** J, *cf tit* iii *p* 18: per uim I

VI 1. aedunt I 5. suscepi I

II (**Prisca**)

VIII De his per quos et alii coacti sunt immolare.

Quanti autem non solum apostatarunt sed et fratres sollicitauerunt et rei fuerunt pro hoc quia sollicitati sunt, hi tribus annis locum audientiae suscipiant, in aliis autem sex annis locum eo quo deciderunt, alium autem annum communicent sine oblatione, ut decem annos conplentes perfectum suscipant: in hoc autem et eorum custodire uitam.

VIIII De diaconibus qui in ordinatione de nuptiis contestati sunt.

Diacones qui sunt ordinandi, ante ordinationem si contestati sunt et dixerunt oportere se nubere, non posse sic manere, hi post hoc nubentes sint in ministerio pro quod praeceptum eis est ab episcopo. si autem aliqui tacuerunt et placuit eis in ordinatione perseuerare [innuptis], et postmodum uenerunt ad nuptias, cessare eos a ministerio diaconii.

X De puellis quae sponsatae sunt et ab aliis †distipulatae† sunt.

Quae sponsatae sunt puellae et post hoc ab aliis sunt raptae, placuit post hoc eas reddi cui ante desponsatae sunt, etiamsi et uim ab eis aliquid perpessae sint.

XI De his qui cum catecumini essent immolauerunt.

Qui ante baptismum immolauerunt, postea autem baptizati, placuit eos ad officium uenire sicut eos qui et baptizati sunt.

VIII 3. **pro** J, *cf can* viiii *l* 5 *et canonem Neocaesariensem* viiii *l* 4 *p* 30: in I 4. hii I 6. **deciderunt**: + uacent J, *sed Gr* ἔτη μὲν τρία τὸν τῆς ἀκροάσεως δεξάσθωσαν τόπον, ἐν δὲ ἄλλῃ ἑξαετίᾳ τὸν τῆς ὑποπτώσεως 7. **communicent** J (*Gr* κοινωνησάτωσαν): communionem I 9. **perfectum suscipiant** *scripsi cum Gr* τοῦ τελείου μετάσχωσιν: perfectae suscipiantur I perfectum suscipiant locum J 10. **et**: ut et J

VIIII **diaconibus** J: diaconis I 1. Diac̄ J *tr* si contestati sunt ante ordinationem J, *sed Gr* παρ' αὐτὴν τὴν κατάστασιν εἰ ἐμαρτύραντο 4. **posse**: + eos J hii I 7. **tacuerunt**: *praem* contestati J 8. I J **innuptis** *scripsi*: in nuptiis J* innupti J[2]; *om* I: *Gr* οὕτως 10. **eos**: + omnino J 11. **diaconii** I (*Gr* τῆς διακονίας): diaconis J

X De puellas I *tit et* 1. **sponsatae** J: disponsatae I, *sed cf p* 19 *supra* **†distipulatae†**: *fortasse legendum* stupratae, *cf p* 19 1. **puellae et post hoc** I (*Gr* κόρας καὶ μετὰ ταῦτα): et (*tantum*) J 5. sunt I

XI catecuminissent J* *tr* essent cat. I 3. **sicut eos qui et baptizati sunt** I (*Gr* ὡς ἀπολουσαμένους, *quasi* ὡς τοὺς ἀπολουσαμένους): sicut et ceteri J

VIII 6. decederunt I

X 3. disponsatae I I J

XI cataecuminis I* cathaecumini I[2]

II (**Prisca**)

XII Vt non sine episcopo liceat quemquam ordinar*i* ab his qui dicuntur corepiscopi.

Corepiscopp̄ non licere praesb̄ aut diac̄ ordinare, sed neque praesb̄ ciuitatis sine iussione episcopi; cum litteris eundi ad singulas parrocias.

XIII De clericis qui abstinent a carnibus.

Qui in clero sunt praesbyter*i* uel diacon*es* abstinentes a carnibus, placuit ut tangerent; et si sic non obaudierint canonem, placuit cessare eos de ordine.

XIIII De his qui in opus ecclesiae uenundantur.

De his qui adpertinent dominico si qua, dum non esset episcopus, praesbyteri uenumdauerunt, reuocare adque repetere dominic*um*: et in arbitrio episcopi esse si oportuerit recipere praetium, siue †. . .† multotiens reditus quae sunt uenundata reddere in his ipsis praetium.

XV De his qui in animalibus sunt fornicati.

De his qui animaliter in animalibus tale aliquid committunt, qui *non* amplius quam uiginti annorum

---

I J XII **episcopo** I: episc̄ J **quemquam** J: clericum I **ordinari** *scripsi*: ordinare *codd* **ab his**: ab his ab his J et de his I 1. **corepiscopp̄** J (*sc* corepiscopis *uel* corepiscopos): *male exscribit* corepiscoporum I **praesb̄ aut diac̄** J: *exscribit* praesbiterum aut diaconem I. *haud tamen constat scripturam breuiatam* episc praesb diac *non nisi singularem numerum significare*: *conferas exempli gratia can* viiii *l* 1, *ubi cod* J *habet* diac *non* diacc *pro plurali* (diaconi *uel* diacones): *hic quoque nescio an scribendum sit potius* praesbyteros aut diacones *cum Graeco* πρεσβυτέρους ἢ διακόνους 2. **praesb̄ ciuitatis** J: praesbiterum ciuitatis I 3. episcopis J* **cum litteris** I (*Gr* μετὰ γραμμάτων): sed cum eisdem litteris (*fortasse pro* eisdem cum litteris) J

XIII **clericis** I: his J 1. **praesbyteri**: praesb *codd* 2. **diacones**: diacc J diac I 3. **et si sic** I: et si J; *nonnulla tamen omisit uel scriba uel interpres* 4. obaudient I

XIIII **qui in opus ecclesiae uenundantur** I, *ut p* 19 *supra*: qui temere res eclesiasticas distrahunt J 1. **De his qui** I (*Gr* περὶ τῶν): Quae J 2. **qua dum** I (*Gr* ὅσα μὴ ὄντος): quando J **esset**: + aut nesciens (*glossema esse uidetur*) J episc J 3. praesbb J **reuocare adque repetere dominicum** *scripsi cum Gr* ἀνακαλεῖσθαι τὸ κυριακόν, *cf l* 1 *supra et cann Neocaes* v *l* 1 (*p* 29) xiii *l* 2 (*p* 31) *infra* (*de uoce* dominicum *uide Koffmane* Geschichte des Kirchenlateins, *Vratislauiae*, A. D. 1879, *pp* 29 30 50): reuocare adque repetere dominicam I reuocare adque reddere conpelluntur J 5. episc J **si**: *om* I 6. **siue** *codd*: *Gr* εἴτε καὶ μὴ διὰ τό, *unde lacunam significaui* 7. **multotiens** I (*Gr* πολλάκις): *om* J **quae** I (*sc* eorum quae; *Gr* τὴν πρόσοδον τῶν πεπραμένων): qui J

XV 1. **De his** I (*Gr* περὶ τῶν): *om* J 2. **qui**: quia J? 3. **non amplius** *scripsi cum Gr* πρίν: amplius *codd*; *forte legendum* prius (*cum Ball*) *uel potius* ante, *et*

IJ XII ordinare I J 4. parrochias I

XIIII 2. episc J 3. praesbb J praesbiteri I uenundauerunt I

II (**Prisca**)

fuerunt et hoc peccauerunt, quindecim annis subiaceant et communione*m* mereantur quae orationum, et in hoc perdurantes annis quinque tunc oblationis adtingant. requiratur autem eorum uita quae sit adhuc subiacentibus, et sic mereantur humanitatis: si autem incessanter ad peccandum perseuerarint, longam habeant penitentiam. quanti ta*lem* super*e*unt aetatem, et si uxores habentes inruerunt in hoc peccato, uiginti quinque annis subiaceant, ita ut post quinquennium communionem orationis mereantur. si autem et aliqui et uxores habentes et amplius quinquaginta annorum peccantes, in exitum uitae suae mereantur uiaticum accipere.

XVI De his qui in animalibus uel in masculis aut aliquando corrupti sunt aut corrumpunt libidini.

Pro his qui in animalibus ut animalia fraciscunt uel in masculis, et leprosi efficiuntur, de his praeceptum est ut cum eis qui tempestate*m* patiuntur orare.

XVII De his qui in episcopatu sunt probati et non suscepti.

Qui in episcopatum consecrati sunt et non suscepti a parrocias in quibus sunt nominati, et in aliis uoluerint ire parrociis et per uim obprimere ibidem constitutos et lites contra eos † . . . †: ipsos perpelli et alienar*i*. si autem uoluerint in praesbyterium in quo

---

omittendum et *post* fuerunt 4. fuerint J **peccauerunt** I (*Gr* ἥμαρτον): commiserint J 5. et: + sic J **communionem mereantur**: communionemereantur *codd* 6. **quae** *scripsi cum Gr* τῆς εἰς τὰς προσευχάς, *cf can* i *l* 9 *p* 20: quae sunt I; *om* J 8. **oblationis** *codd*: *genitiuus e Graeco pendet* τῆς προσφορᾶς ἐφαπτέσθωσαν requirantur I 9. *tr* quae uita I 10. **humanitatis** I[2] (τυγχανέτωσαν τῆς φιλανθρωπίας *Gr*): humanitates I* humanitate J 13. **quanti talem** *scripsi cum Gr* ὅσοι . . . ταύτην: quantitate *codd* 14. **supereunt** *conieci e Gr* ὑπερβάντες (*uerbum paene inauditum habent codices Lucreti* III 1031 ac pedibus salsas docuit superire lacunas, *sed si cui hoc displicet, legat* superant): supersunt I superfuerint J 15. **inruerunt in hoc peccato** I (*Gr* περιπεπτώκασι τῷ ἁμαρτήματι): peccauerint in hoc delicto J 16. **subiaceant, ita ut post quinquennium** J: *om* I, *sed cf Gr* ὑποπεσόντες κοινωνίας τυγχανέτωσαν τῆς εἰς τὰς προσευχάς, εἶτα ἐκτελέσαντες πέντε ἔτη 17. **communionem** (communione J) **orationis mereantur** *codd*: *sed Gr* ἐν τῇ κοινωνίᾳ τῶν εὐχῶν τυγχανέτωσαν τῆς προσφορᾶς 19. **et** 1° *codd*: *fort leg* essent *uel* erunt **et** 2°: *om* I 21. **peccantes**: *praem* hoc J I J

XVI 1. **ut**: aut I, *sed cf* animaliter *can* XV *l* 1 2. **fraciscunt** J, *sc* fracescunt (*quod idem est ac* putrescunt): faciscunt I, *ut in titulo, uide supra p* 19 3. **leprosi**: prosi J efficiunt I 4. tempestate *codd* 5. **orare** *codd*: *pendet e Graeco* προσέταξεν . . . εὔχεσθαι

XVII 1. episcopato I 2. **a parrocias** I (*Gr* ὑπό): in parrociis J 3. **et**: + si J 6. † . . . †: *lacunam significaui, excidisse enim uidetur uerbum quod graeco respondeat* (στάσεις) κινεῖν 7. **perpelli** I, *cf can Neoc* i *l* 3, *p* 29: pellere J **alienari** *scripsi cum Gr* τούτους ἀφορίζεσθαι:

XV 4. quindecim: XV I 12. perseuerauerint I 13. habea I* (*corr m p*) paenitentiam I 16. uiginti quinque: XXV I

XVII episcopato I 2. apparocias I 7. I J alienare I J 8. praesbiterium I

II (**Prisca**)

fuerunt primum sedere ordine ut praesbyteri, non eos pelli. si enim uoluerint resultare eis qui ibidem sunt constituti episcopi, expelli eos censemus et de ordine praesbyterii, et fieri expraedicatos.

XVIII De eos qui in uirginitate se promittunt et quasi sororibus fingunt commanere.

Quanti uirginitati se promiserunt et euacuantes promissum, bigami constitutione*m* sectantur. *q*ui autem conueniunt uirgines aliquibus sicut sorores, uetamus.

XVIIII De his qui adulteras habent mulieres aut ipsi adulterant.

Si alicuius uxor adulterata fuerit aut adulterium aliquis commiserit, septem annis oportet eum subici et postea perfectum mereri secundum gradus quae praecedunt.

XX De eas quae ge*r*unt ex fornicatione et interficiunt natos.

De mulieres quae sunt fornicatae et interficiunt quae nascuntur et festinant abortiuum facere, primum constitutum usque ad exitum uetauit: *u*t huic definito humaniore aliquid consequantur, constituimus eos decennio tempore secundum gradus qui sunt constituti.

XXI De homicidiis.

De uoluntariae homicidio, subiacent quidem omni tempore; et de

---

I J alienare *codd* 9. **ordine**: ordinem J; *om* I 10. **praesbyteri** J: praesbiteros I 13. **et**: *om* J ordinem J **praesbyterii** I (*Gr* τοῦ πρεσβυτερείου): *neque repugnat* praeb̄ *lectio codicis* J. *Justellum, cui codex* I *praesto non erat, exscripsisse* presbyterorum *non mirum est*: *mirum sane fratres Ballerini codicem istum in manibus habentes Justelli erratum sequi* 14. **expraedicatos** I (*Gr* ἐκκηρύκτους): expraedicatores J

XVIII **se**: + permanere J **promittunt** J, *cf p* 19 *supra*: promiserunt I 2. **bigami**: *uide Addenda supra p* 16 3. constitutione *codd* **qui** *scripsi*: cui *codd* **autem** I: uero J; *Gr* μέντοι 4. **conueniunt** I (*Gr* συνερχομένας): conuenerint J

XVIIII **aut**: at J 1. fuerint I* 2. **aliquis** I (*Gr* τις): uir suus J 4. **perfectum** *scripsi*: perfectum communionem I perfectam communionem J; *Gr* τοῦ τελείου (*cf cann* iiii *ll* 8 16 v *l* 13 vii *l* 4 viii *l* 9), *unde uocem* communionem *glossema esse de margine in textum receptum conicio*; *codex* I *ut solet ueritati propius accedit quam* J 4. **mereri** J (*Gr* τυχεῖν): mereatur I 5. **gradus quae**: *ita codd* procedunt J

XX **De eas** I: De eus J **gerunt** *conieci*: gemunt *codd* inficiunt J 1. **De mulieres quae sunt fornicatae et** I (*Gr* περὶ τῶν γυναικῶν τῶν ἐκπορνευουσῶν καί): quae (*tantum*) J 2. **interficiunt** J (*Gr* ἀναιρουσῶν): interficerint I **quae nascuntur** I (*Gr* τὰ γεννώμενα): natos J 3. abortum I* 4. ut usque I **uetauit** I, *cf can Neoc* ii *l* 6 (*infra p* 29), *Luc* xi 52 *apud cod d* introeuntes uetastis, *Hermae Pastorem* Sim ix 6 de montibus illis adferri lapides uetauit (*uide Neue-Wagener*[3] iii 376): uetuit J 5. **ut** *scripsi cum can* xxii *l* 5 ut fiat: et *codd* **huic definito** *codd*; *sed Gr* τούτῳ συντίθενται, *non* τούτῳ συνθέματι 6. consequentur J

XXI 1. **homicidio**: + admisso J

I J 10. praesbit. I 13. presbiterii I

XVIIII 5. grados I (*et* xx 8 xxii 4 xxiii 8 xxiiii 8)

II (**Prisca**)

perfecto ad finem uitae mereantur uiaticum.

XXII De extra uoluntate homicidio.

De homicidia extra uoluntate commissa, primum constitutum in septem annis praecepit perfecti dignum es*se* secundum gradus constitutos; ut fiat *secundum*, quinquennium censemus perficere.

XXIII De his qui diuinant.

Qui diuinant et consuetudines gentium sequentes aut introducentes aliquos in domibus suis ad requisitionem maleficiorum diuinando qualibet causa, si de clero sunt abiciantur, si uero saeculares in canone iaceant quinquennii secundum grados constitutos definitos.

XXIIII De his qui conscii sunt corruptioni uirginum.

Si desponsatus aliqui puellam, corrupit sororem eius ut grauet eam, nubserit autem quam desponsauit, postmodum qui corrupta est laqueo se suspendit: hi qui conscii sunt praecipiuntur undecim annis sus*cipi inter* constante*s* secundum gradus qui iam ordinati sunt.

[EXPLICIT CONSTITVTA CANONVM ANCYRENSIVM]

XXII 1. **De homicidia** I: *om per homoeoteleuton* (*legerat enim* de homicidio, *uide notam sequentem*) J 2. **commissa** I: admisso J 4. **esse** *coniec Ball*: est *codd* **secundum gradus constitutos ut fiat secundum** *conieci e Gr* κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς, ὁ δὲ δεύτερος, *collato can* XX *l* 5 *supra*: *tr* ut fiat secundum gradus constitutos (constituti J) *codd*, *omisso* secundum *altero per homoeoteleuton*

XXIII **De his qui**: + quoquo modo J 1. **diuinant et** I (*cum Gr*): *om* J **consuetudines** J (*Gr* ταῖς συνηθείαις): consuetudinem I 4. **maleficiorum diuinando qualibet causa** I (*Gr* φαρμακειῶν ἢ καὶ καθάρσει): diuinando qualibet causa aut maleficiorum aut incantantium J 8. **constitutos definitos** I: definitos (*tantum*) J; *Gr* ὡρισμένους

XXIIII 1. **desponsatus** (*Gr* μνηστευσάμενος) I J *codd*: *uerbum deponens alibi non inueni* **aliqui** I (*cf Neue-Wagener*[3] ii 476): aliquis J puella I 3. **autem**: *om* J? 5. suspendi I hii I 6. **undecim annis** *codd*: *Gr* ἐν δεκαετίᾳ, *quae uerba in unum redegit* (ἑνδεκαετίᾳ) *interpres noster* 7. **suscipi inter constantes** *conieci e Graeco* δεχθῆναι εἰς τοὺς συνεστῶτας, *pluries enim Graeco* δεχθῆναι *respondet Latinum* suscipi, *uide cann* v *ll* 10 15, vi 5, vii *l* 5, viii *l* 5: suspendi constanter *codd*: constantes *pro usitatiore* consistentes *ponitur* 8. **gradus qui iam**: *bis* J ordinasti J

Episcoporum Ancyritanorum nomina, quae canones in cod J *sine interuallo sequuntur, ad finem canonum Neocaesariensium cum cod* I *ideo differenda putaui, quia et in aliis codd* (*scilicet* V **F** *et in archetypis tum codicis* Θ *tum codicum* ƒW) *indices cmlo simul occurrunt*; *ita arcte apud primos canonum siue editores siue interpretes conexa sunt duo ista concilia*

EXPLICIT . . . ANCYRENSIVM J: *om* I, *cf p* 19

XXIII 7. quinquenii J

XXIIII corruptione I 3. disponsauit I I J

II (**Prisca**)

[INCIPIT CAPITVLA CANONVM NEOCAESARIENSIVM]

I De praesbyteris lapsis.
II De nuptias duorum fratrum.
III De his qui multum nubserint.
IIII De his qui constituunt fornicari et uetantur.
V De cathecumenis peccantibus.
VI De praegnantibus baptizandis.
VII In nubtiis bigamis praesbyter*os* non orare.
VIII De his qui adulteris mulieribus sociantur.
VIIII De his qui ante ordine peccant.
X De diacones similiter.
XI Vt ante triginta annorum non liceat ordinari.
XII De grauattales.
XIII De praesbyteris parrociae.
XIIII De numero diaconorum.

EXPLICIVNT TITVLI

[INCIPIT TESTVS EIVSDEM CONCILII]

Et isti canones secundi quidem sunt Ancyrensium, qui in Neocaesaria sunt expositi; de Nicaenos autem primi sunt.

TITVLI XIIII

I J INCIPIT . . . NEOCAESARIENSIVM J: *om* I *Codices Isidoriani syllogarum Sanblasianae* (S P X Y) *et Vaticanae* (*u w*) *in indice capitulorum nonnulla de interpretatione nostra mutuantur, uidelicet titt* V VIII VIIII X XII XIII XIIII: *cf pp* 44 46. *in omnibus cum codice* J *concinunt*
II De uirgine corruptam a duobus fratribus I, *sed uide can* ii *p* 29
III **multum**: plurimis mulieribus J, *sed cf can* iii *p* 29   nubserunt I, *sed cf p* 29
IIII De his qui per occasione a fornicatio liberantur I, *sed cf can* iiii *p* 29   fornicariae et J
V **peccantibus** I: lapsis J **S v**, *sed uid can* v
VI Mulieres praegnantes quae sunt cathecuminas baptizandas J, *sed uide can* vi *p* 30
VII **In**: De I   **bigamis** I, *cf can* vii *p* 30, *Dion* II *tit* li [vii] *p* 45, *can* li [vii] *p* 127 *infra*: bigami J   **praesbyteros non orare** *scripsi e can* vii *p* 30: pbr non orare I praesbyteri orare non debent J
VIIII **his**: prb I   ordinem I   **peccant**: + et postea confitentur J **S v**, *sed cf can* viiii *p* 30
X **diacones** I: diaconis J (P *in ras*) diaconos S diaconus X Y *u* diacono *w*
XI Qua aetate debeant clerici in ordine promoueri J
XII **De grauattales** (*'grabatalis' de 'grabatus,' id est 'clinicus'*) I: De his qui in aegritudine baptizantur J, *cf Dion* I *p* 47
XIII De parrociales praesbiteros I
XIIII **diaconorum**: + Et subscripserunt I
TITVLI I: CAPITVLA NEOCAESARIENSIVM J
INCIPIT . . . CONCILII J: *om* I
Etiam hanc praefatiunculam ex interpretatione nostra mutuantur codd Isidoriani **S v**, *uide p* 116
I. **Et isti . . .** TITVLI XIIII: *transponit ante capitula* I   **Et** I, *confer ceteras interpretationes pp* 116 117: *om* J **S v**   **sunt canones secundi quidem** I: canones secundi sunt (*om* quidem) J **S v**   **qui in Neocaesaria** J **S v**: qui in Neocaesariam et eorum qui i Neocaesaraea I   **de Nicaenos autem primi sunt** I (*Gr* τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ προγενέστεροι): et hi (hii **S v**) priores sunt Nicaenis J **S v**   **sunt**: + sed in Ancyrenses constituta sunt (*quae quid sibi uelint nescio*) I
TITVLI XIIII (XIIII *in ras ut uid* I) I **S v**: *om* J

I J I presbyteris labsis I
III nupserunt I
V cathecuminis I
VII nuptiis I   pbr I
XIII praesbit. I
XIIII diacō I

II (Prisca)

I De praesbyteris labsis.

Praesbyter si nubserit, deponi eum de ordinem: si autem fornicatus fuerit aut adulterium fecerit, perpelli eum a communione, etiam et ad paenitentiam adduci censemus.

II De nubtias duorum fratrum.

Mulier si nubserit et a duobus fratribus corrupta fuerit, expellatur usque ad mortem: tamen in hora mortis uiaticum accipiat si agnouerit errorem; et si iam corrupta uetauerit nubtias et egerit penitentiam, perfectum mereatur. si uero moriatur mulier in talibus nubtiis posita aut uir talis corruptor, difficilis qui remanet paenitentiae remittatur.

III De his qui multum nubscrint.

De his qui plurioribus nubtiis inciderunt, tempus quidem agnitus qui institutum est: conuersatio autem et fides eorum perincidit tempus.

IIII De his qui constituunt fornicari et uetantur.

Si disposuerit aliquis et desiderans mulierem alienam dormire cum ea, et constituerit ei et non ueniat ad dispositum suum, apparet quia gratia Dei liberatus est.

V De cathecuminis peccantibus.

Cathecuminus si in dominico cathecumin*or*um stat in ordinem, iste autem pareat peccans, si genua flectens et audiens iam non pecca-

---

I 1. **praesbyter**: + * * (? et) I 2. de ordine I 3. **adulterium fecerit** I (*Gr* ἢ μοιχεύσῃ): in quolibet adulterauerit J **perpelli** I (*Gr* ἐξωθεῖσθαι): pelli J

II 4. **mortis** I (*Gr* ἐν θανάτῳ): + sui J (*fortasse per dittographiam* mortissuiuiaticum) 5. **corrupta** *codd* (*cf l* 2 corrupta *l* 9 corruptor): *Gr* ὑγιάνασα, *e quo conicias forte* corroborata; *noster tamen interpres totum canonem male intellexit* 6. **uetauerit** *codd*: *uide quae adnotaui ad can Ancyr* xx *l* 4 (*supra p* 26) 7. **perfectum mereatur** I, *cf can Ancyr* xviiii *l* 4, *p* 26: perfectam mereatur communionem J 10. **qui remanet**: *praem* eorum J **paenitentiae** *codd*: *fortasse legendum* paenitentia *cum Gr* δυσχερὴς τῷ μείναντι ἡ μετάνοια

III nubserit I* 1. **De his** I (*Gr* περὶ τῶν): I J hi J **plurioribus** *codd*, *cf Io* vii 31 *cod f*; *alios* (*sed perpaucos neque ante saeculum post Christum quartum*) *inuenies testes apud Neue-Wagener*[3] ii 208 2. **agnitus qui**: *masculinus e Graeco* χρόνος *pendet* 4. **perincidit** (*Gr* συντέμνει) I: perincidet J; *uerbum* perincidere *alibi non inueni*

IIII 1. **disposuerit** I (*Gr* προθῆται): disponens J desiderant I 2. **ea**: eam I

V 1. **dominico cathecuminorum** *scripsi cum* I dominico cathecuminum *et Gr* εἰς κυριακὸν ἐν τῇ τῶν κατηχουμένων τάξει στήκῃ: dominicum (*tantum*) J 2. **in**: *om* I 3. *tr* si pareat peccans J **pareat peccans** J (*Gr* φανῇ ἁμαρτάνων): parcat peccandum I: *de uerbo* parere = apparere *uide Rönsch* Itala und Vulgata *p* 374 **si**: + autem I (*fortasse legendum* quidem *cum Gr* μέν) 4. **flectens et audiens iam non pecca-**

I presbyteris I 1. praesb J nupserit I

II nuptias I (*et l* 6) fratruum J 5. herrorem J 6. paenitentiam I 8. nuptiis I

III 1. nuptiis I 2. agnitos I I J

IIII fornicare I

I (Prisca)

uerit, consequatur gratiam: si autem audiens adhuc peccat, expellatur.

VI De pregnantibus.

Mulierem grauidam oportet baptizari quandoque uoluerit: nihil enim in hoc communicat qui nascitur, quoniam singuli propriam uoluntatem ad confessionem ostendunt.

VII In nubtiis bigamis praesbyteros non orare.

Praesbyterum ad nubtias bigami non comedere: quia paenitentiam petens bigamus, qui erit praesbyter qui propter conuiuium conponat nubtias?

VIII De his qui mulieribus adulteris sociantur.

Mulier cuiusque adulterata, laico constituto, si arguatur, talis ad ministerio uenire non potest. si autem postquam ordinatus fuerit adulteretur, dimittere eam debet: si autem conuiuere cum ea uoluerit, non potest contingere quod ei creditum est ministerium.

VIIII De his qui ante ordine peccant.

Praesbyter si ante peccaui*sse* corpore probetur, et confiteatur quia peccauit antequam ordinaretur, non offerat, permanens in reliquis pro alia quae festinat m*or*ig*e*rare: quia reliqua peccata dixerunt multi per manus inpositionis posse dimitti. si autem ipse non confiteatur, et argui palam non potuerit, insuper hoc facere potest.

X De diacones similiter.

Similiter diaconus si in hoc ipso peccato inciderit, ministerii locum non habeat.

I J **uerit** I (*Gr* ἐὰν μὲν γόνυ κλίνων ἀκροάσθω μηκέτι ἁμαρτάνων): flectat et hoc cum audierit desinat peccare J
VI **De pregnantibus**: + mulieribus J 1. Muliere I **baptizari** (*Gr* φωτίζεσθαι) I: baptizare J
VII **In**: *praem* Vt I **bigamis** I, *uide ad tit* vii *p* 28 *supra*: bigami J 2. paenitentia J 3. **qui erit ... qui** (*Gr* τίς ἔσται ὁ) I: quis ausus est ... ut J
VIII 2. **arguatur** (*Gr* ἐλεγχθῇ) I: doceatur J ad ministerium J 7. adtingere J

I J VI praegnantibus I
VII nuptiis I praesbb J presbyteros I 1. praesb J nuptias (*et l* 5) I 3. praesb J presbyter I
VIII 6. conuiuire J

VIIII ordinem I 1. **peccauisse** *scripsi* (*Gr* προημαρτηκώς): peccauit *codd* (*fortasse e* peccaūī) 2. confiteantur J 3. ordinetur I 4. **pro alia quae** I, *cf cann Ancyr* viii *l* 3 *p* 23, viiii *l* 5 *p* 23: pro aliquae J 5. **festinat morigerare** *conieci e Graeco* διὰ τὴν ἄλλην σπουδήν: *usitatius passiuum* morigerari, *quod si uis legas, sed actiuum apud Plautum inuenitur*: festinantur migrare *codd*, *sed si archetypi scribam lineas ita diuisisse* FESTINATMI
OR
